scóo cañ. tractatu p. hñt hũiditaté grossam iunctá colori
tpato: que ió vocauit Ari. cala ⁊ sicca. ¶ Quidá tñ dñt. ꝙ
solũ stôus tpatus est ille q appetit dulcia: ⁊ maxime appeti
tu q est fames. Nã res dulcis iúcta est calori tpato. S҃z sto
machus distéperat⁹ in ꝯplone sua nâli pót alios sapores a
dulci appetere. Nec tñ pp hoc iudicabit᷑ esse in dispóne ꝑ/
ter nãz. Aui. quoq₃ vbi supra dixit ꝙ stôus fortis declinat
ad pinguia. Et exponũt qdá. i. dulcia: qꝛ pinguedo est sicut
diminuta dulcedo. Et alij dicũt. ꝙ dixit sic: qꝛ dulcia q̃ ap/
petunt᷑ debét esse pinguia sicut caro. Et alij ꝙ Aui. voluit
ondere ꝙ stôus sanus nó solũ eligit ré dulcé. sed dulcé pin
guem. Auic. tñ ibidé innuit pingue esse duplex: vnũ delecta/
bile nó sepositum: ⁊ de tali itellexit. nã de seposito itellexit cũ
dixit. si stôus appetit pinguia: tũc illic est stipticitas. Qui/
dá tñ non recte hic exponunt pinguia. i. medicinalia. Am/
plius ꝓ cóplemeto hui⁹ tractat⁹ recurrédũ est ad tractatuz
quartũ. cũ in eo determinabit᷑ de lesionib⁹ appetitus.

¶ Incipit tractatus tertius sermonis qntí: de dispositioni/
bus meri. ⁊ cótinet sex capitula.

¶ De anothomia meri. Cap. j.

MEri est primũ mem
broꝝ nâliuz
occurrés sm ꝓcessuz ordi
nis ꝓassumpti. Et é meri
nomé arabicũ. ⁊ dicitur a
meris qđ latine est pars si
ue portio. est. n. sicut ps si
ue additamentũ seu mani
ca stôi. Dr̃ ét isofagus ab
isa greco qđ est itus: ⁊ fo/
gos qđ est ductio. i. itro/
ductio. s. cibi ⁊ pot⁹ in sto
machũ. Ait Gal. 5° dé ite
riorib⁹. ca. 5. via que a gula ad stôi os extédit᷑ antiqtus iso
fagon appellabat᷑: ⁊ etiá appellabat᷑ os stôi. sup. nó recte.
sed qꝛ p ipm tanq̃ p os ingredit᷑ nutriés in stôm: quapp la
tine bene dr̃ porta supior: qꝛ p ipm tanq̃ p portá fit itroit⁹
nutriétis. vnde ⁊ via cibi dictũ est.

De suba meri.

¶ Suba meri est pelli/
cularis mollis siue lenis nó rugosa: vt faciliter trãseat nu/
triés p ipz nó coherés rugis. Et est cóposita ex carne ⁊ ner
uis facta extésibilis: ppea ꝙ ipsaz aliqñ necesse est transire
rem magná. Et est cóposita ex duab⁹ ptibus. s. duab⁹ tuni
cis itrinseca ⁊ extrinseca. q̃rum interior est neruosa plus ⁊
carnosa min⁹ hñs ab iteriori eius pelliculá durá spissam:
vt sit ei in tutelá in trãsitu rei dure ⁊ aspere. Et in hac tuni
ca positi sunt villi lõgitudiales ad attrahédũ cibũ. Extrin/
seca vo est carnosa magis ⁊ neruosa min⁹ in qua positi sũt
villi latitudinales ad expellédũ. ¶ Dixit Aui. meri est có/
positũ ex carne ⁊ tunicis pânicularib⁹. i. hñtib⁹ fo͂am pan/
nicularé: vel pânicularib⁹: qꝛ iterior tunica hz pâniculum
ab itrinseco ⁊ exterior ab extrinseco. planis. i. nó rugosis:
villos hñtibus lógitudinales. s. q̃tuz ad tunicá intrinsecá
vt p villos facilis fiat in deglutiédo attractio. Et tegit ipm
s. meri ipsá tunicá itrinsecá pâniculus. i. tunica. s. extrinse/
ca villos hñs latitudiales: vt per illos facilis fiat expulsio
ad id quod inbtus est. s. ad stomachũ. Et in ipso est carno/
sitas manifesta. s. lacertosa vt dicetur.

An meri heat villos transuersales.

¶ Uident᷑ aũt dissentire auctores: an meri héat villos trans/
uersales. ¶ Gal. nãq₃ tertio v̄tutib⁹ nâlibus. ca°. 8. dixit:
isofagũ hẽe tres mot⁹: ⁊ sic tres spés villoꝝ. ¶ Hal. ét 7ª
theorice dixit. meri hẽe villos trãsuersales. ¶ Et Auic. pª
pmi. ca. de mébris dixit. mot⁹ trãsglutióis fit vill is ꝓprijs
lógitudinis latitudinis ⁊ trãsuersionis. ¶ Et Auer. p col/
liget. dixit. ꝙ tunica meri aliqd tenuit p diametrũ. i. transe
uersuz. ¶ Ex opposito aũt dixit Auic. in anothomia meri
ꝙ ipse est sepatus a villis trãsuersalib⁹ cũ nó sit ad retinen/
dũ. ¶ Sed sm v̄itaté meri hz oia gña villoꝝ longos ad at
trahédũ. latos ad expellédũ versus stôm. Et qꝛ iter dictos
duos mot⁹ q ꝯ̃rij sunt nećio cadit qes media: ad hanc qe/
tem faciendũ habuit ⁊ trãsuersales. atñ qꝛ ista qes est par
ua valde: quasi ipceptibilis: fuerũt in eo villi transuersa/
les pauci valde. Nó. n. hz meri retinere. sed attractũ cibuz
ad stôm pellere. Et qꝛ sunt paucissimi ⁊ actio retétiois ei⁹
est breuissima. Jó Aui. dixit. meri sepatuz fore a trãsuersa/
libus villis: pp hanc ét cám Aue. scóo colliget. dixit. meri
hẽe duas tunicas. vná ad attrahédũ ⁊ aliaz ad expellédũ:
⁊ de trãsuersali non fecit mentioné. pp quá ét. A. illá ꝓuaz
morulá siue qetez villis iposuit latitudinalib⁹: fortasse eni
sufficit latitudinaliũ in se ꝯ̃ctio: quoꝝ ꝯ̃ctionez sequit᷑ ali/
qualis in re que deglutit᷑ fixio. ¶ Quidá tñ dñt ꝙ Aui. i/
tellexit latitudinales retinere cũ auxilio transuersaliũ pau
coꝝ. ¶ Partes neruose meri superant ipsi⁹ ptes carnosas
qꝛ ponit᷑ ei⁹ complo inata frida ⁊ sicca. ¶ Et meri qdé est
mébrũ ꝯcauũ ꝯcauitate rotũda oblõgaz vsq₃ ad 12ᵐ spódi
lé dorsi: que est illa ad quá terminat᷑ vltima costa médosa.

De loco meri ⁊ q̃tũ se extendat.

¶ Dixit Hal. ꝙ icipit a stô ꝓgrediés vsq₃ ad supioré extre
mitaté gutturis. ¶ Dixit Aui. loc⁹ eius est sup spódiles q
sunt in collo. sup. ⁊ dorso sm rectitudiné. Uez qñ ꝓuenit
in directo spódilis quarte ex spódilibus dorsi ptinétibus
pectori. deinde ptransit ipm declinat parũ ad dextrá dádo
locũ vene venieti a corde. deinde descendit super spondiles
octo residuas donec ꝓuenit ad dyafragma. Et cuz pertrãsit
diaf. declinat ad sinistrá s҃z ꝙ declinauit ad dextrá. Et talis
declo est apud spondilez vndecimá ⁊ duodecimá. Et dixit
etiá ꝙ meri post penetrationé in velamine dilatat᷑ ⁊ ápla/
tur mediãdo ⁊ obuiãdo ori stôi. i. ampliat᷑ in suo medio có
cauo: qꝛ efficit᷑ maioris ꝯcauitatis. qꝛ obuiat membro ma
gne ãplitudinis. i. stô. vt secũ ꝯueniat cũ ei iungitur ⁊ ꝯti/
nuat᷑. ¶ Et meri qdez nó fuit creatũ geminatũ: sed vnũ so/
lum: qꝛ solũ sufficiés est ad introductioné nutrientis suffi/
cientis ꝓ toto corpore. Eius tñ extremitas. s. iferior est có/
tinua cuz ore stôi. Et supior terminat᷑ ad fauces. Et fauces
dñr partes vbi meri ⁊ guttur versus os ꝯiungunt᷑: vt in có
méto afo. si a febre habito tumore non apparéte in fauci/
bus ⁊c̃.

De colligãtia meri cũ aliis mébris.

¶ Ad meri descendũt ex cerebro nerui q descédũt
super ipm ad stôm: qbus cerebro colligat᷑. Et colligat᷑ spó
dilib⁹ predictis mediãtibus ligamétis qbus ad ipsas fir/
miter ligatur. Et colligat᷑ dyafragmati. nam meri cũ per/
uenit ad velamen. dixit Auicé. ligatur cuz eo ligamine qđ
subleuat ipm: scilicet velamen: vt nó cóprimat ipsum quod
comitatur ipm ex vena magna securãdo ipsum: scilicet me
ri a nocuméto extéñonis recte apud grauitaté aduenietez
stomacho: qꝛ cuz stomachus tensus cibo grauaretur acci/
deret meri nocumentuz ex coaggrauatióe ꝑdicta: quia ni/
mis extéderetur si esset ꝓcedens recte sine alligatione pre/
dicta. Et colligatur meri tra hee arterie: ⁊ epigloto que
sunt ante ipsum ligaméti: cum qbus a furcula superi⁹ fir/

miter allegať. Et mediante sua pellicula fortissime allegať cū epigloto. ita q dislocatio ab eo ē difficilis. Cui⁹ cā fuit: dixit Aui. vt cū stōus attrahit meri ꝯbendo villos lōgitudinales attrahať epiglot⁹ ad supiora: vt nō īpediat trāsitū cibi. Non. n. dixit Gal. moueť tūc epiglot⁹ ab aliqua ṽtute mouēte ipm: s꜡ solū per p̄dictā attractionē ad supiora ascēdit. Cūqꜫ elongant᷑ villi lōgitudinales p̄dicti relaxati a cōtractione sua ascēdit a meri: vt itez attrahat: epiglot⁹ vero tūc descēdit in locū suū. ❡ Dixit Aui. nō vestiť pars meris interior pāniculo. extēso vsqꜫ ad postremū. i. fundū stomachi. s. pāniculo aduenīēte ei ⁊ pāniculo tegēte os. sup. ⁊ linguā nisi vt attractio ꝯtinua sit: ⁊ adiuuet ad subleuādū epiglotū ad supiora cū fit deglutio cum extēsione meri ad inferiora. ❡ Et Aui. cōparans meri ad primum intestinū dixit. creata est interior ps meri amplior ⁊ magis spissa intestino primo. i. intrinseca tunica primi intestini: q̄m est trāsit⁹ durioris. i. est via p quā trāsit res durior: ⁊ itrinseca tunica primi intestini est mollior. ⁊ itrinseca pars stōi est media inter dictas duas tunicas. Uerūtn̄ id qd̄ est ex itrinseca pte stōi leuius. i. subtili⁹ est apud os stōi. deinde in intestino. i. apud intestinū est leni⁹. q. d. q tunica itrinseca stomachi incipit subtiliari in ore eius: ⁊ gradatī subtiliādo pcedit vsqꜫ ad pfundū eius: ita q apud intestinum est subtilior q̄ in aliq̄ parte supiori. ❡ Et rursum dixit Auicē. 16ª tertij de anothomia intestinoꝝ duodenū oīno est oppositū meri. Nam sicut meri non est nisi ad attrahēdū ad stōm supius: similiter istud nō est nisi ad expellēdū a stō subtus: ⁊ est strictius q̄ meri. Nā non fuit necīum in creatione sua vt dilataretur: sicut dilatatū est meri pp duas res: quaꝝ vna est: q̄m res q̄ penetrat i meri est grossior ⁊ durior ⁊ maioris quātitatis. Et illud qd̄ penetrat in hoc intestino est lenius ⁊ plani⁹ ⁊ subtilioris q̄titatis pp digōnem suā in stō: ⁊ pmixtionem spume aquose secū. i. aquositatis cibi ⁊ sumpte cū cibo q̄ cibo grosso pmixto subtiliat eū. ❡ Scd̄a res est: q̄m penetranti in meri non attribuiť ex ṽtutib⁹ nālibus nisi virtus vna q̄uis volūtas adiuuet ipsā: ⁊ est ṽtus attractiua. Uoluntas vō. s. ṽtus motiua volūtarie adiuuat attractiuā in meri apiēdo viā ⁊ dilatādo ipm: q̄ ṽtus motiua in lacerto est trāsglutiēdi. Hz enim meri musculū hn̄tez villos distinctos ab aliis villis meri dictis ⁊ exn̄tibus in tunicis eius. Mō in actu trāsglutiōis tā villi tunicaꝝ q̄ villi musculi mouentur: sed villi tunicaꝝ a virtute nāli. ⁊ villi musculi a ṽtute motiua volūtarie. Sed tamen in actu trāsglutiendi virtus naturalis in agendo est pncipalis. Et virtus motiua volūtarie est coadiuuās illam: q̄uis enim motus nutrimēti a supfluitatis eius de membro ad mēbrum fiat per ṽtutem expulsiuā membri ipellentis ⁊ attractiuā recipientis deficit hoc a meri: ipm. n. est attrahēs ⁊ expellens. Nā cum nutriēs in eo attractū fuerit ad aliquā sui partem puentū: ⁊ per eandē partē expellit illud ad inferiorē partem. ⁊ sic illa ad aliā donec pueniat ad stōm. Sed penetrās in intestino pmo. dixit Aui. patiť a duab⁹ ṽtutib⁹: quarū vna est expulsiua stomaci: ⁊ altera est attractiua itestinoꝝ. Et adiuuat eā fex que puenit ex sūma cibi: ipsa eniz est obiectū in quo voluptuať itestinū: q̄re magis attrahit ab eo vel fex. i. liquiditas cibi ⁊ fit facile pp illud. i. pp dictas cās expulsio eius. s. chili in via tēperate āplitudinis. ❡ Diuersificať. n. primū intestinū a meri etiā q̄m meri est sicut ps stomaci silis ei in forma cōpōnis sue ex tunicis. h̄ aūt. s. intestinū est sicut pars extranea adherēs ei diuersa in sub̄a tunicarū suaꝝ a duab⁹ tunicis stomaci cū idigeat attractione forti. s. stōus: cui⁹ silī non idiget intestinū. Et pp illud vincēs sup duas tunicas intestini est villus vadēs in latitudie. Nō. n. fuerūt in intestinoꝝ tunicis villi separati: s꜡ i vtraqꜫ sunt lōgitudinales ⁊ latitudinales. Et in vtraqꜫ sunt lōgitudinales victi a latitudinalib⁹: cui⁹ oppositū est in stō ⁊ meri. ❡ Quare. A. in caplō de anothomia stōi dixit. Cū verificaueris q meri est ps stōi ꝯtinua ei cū gradatiōe: q̄m sic est: q̄m tunice meri sunt sicut tunice stōi: quaꝝ magis intrinseca est magis silis pāniculis: ⁊ ad longitudinē. s. villorū: q̄ est hn̄s villos lōgitudinales: ⁊ sic extrinseca est magis grossa carnosa latitudinales hn̄s villos: verū est plus carnosa ea que stōi: s꜡. i. q̄uis sit ex ea. Et est ei silis in situ ei⁹ ⁊ in ꝯtinuatiōe ipsi⁹. Primū vō intestinū dixit Aui. nō est pars stōi. imo est res ꝯtinua ei ex primo: q̄ est ꝯtigua ei ⁊ nō de sub̄a eius. Et pp hoc non gradať huic intestino constrictio ei⁹. i. sicut gradať meri neqꜫ tunice eius sūt sicut tunice stomaci. Et verū sub̄a meri similior est lacerto: s꜡ sub̄a stōi silior neruis. Et pp hanc cām est q innata ꝯplō stomaci frigidior ⁊ siccior est innata cōplōne meri.

❡ Dixit Gal. 5° de iterioꝛib⁹. ca. 5. Iuuamētum meri est duplex: q̄m via est oium rerū trāsglutiēdaꝝ. ⁊ via est oiuz cū vomitu exeuntiū. sup. aut cū eructuatiōe. Uerūz pncipalis opatio ei⁹ est deglutitio cibi. Et q̄ deglutitio ē ei⁹ opatio pncipalis: adeo cōpleť cū duab⁹ tunicis eius. i. tunica intrinseca attrahēdo cū villis lōgitudinalib⁹ eius: quos mouet ipsius ṽtus attractiua. Et cū sua tunica extrinseca comprimēdo a supiori ad inferi⁹ illud qd̄ attractū est qd̄ facit p suos villos latitudinales quos mouet ipsi⁹ virtus expulsiua. Et hinc Aui. dixit q deglutitio fit p meri cū virtute ipsius attractiua attrahēte cibū cum villis suis lōgitudinalib⁹ positis in iteriori tunica ei⁹: qd̄ adiuuāt villi latitudinales positi in extrinseca. Et hoc duob⁹ modis: vno q̄ retinent retro illud qd̄ degluť. Alio q̄ exprimūť illud qd̄ retinent ad iferiora. Et dixit Aui. vomit⁹ etiā cōpleť p meri: sed tn̄ non est eius opatio pncipalis: nec ēt est ei⁹ motus naturalis: sed violētus ⁊ pter nām. iōqꜫ non cōpletur nisi per tunicā eius extrinsecā exprimēdo ad supius p villos latitudinales illud qd̄ euomiť. At tn̄ tā in vomitu q̄ in deglutitiōe ps ad quā ferť illud qd̄ trāsglutiť vel euomiť dilatatur: sed differēter: q̄ in vomitu pars que dilatať est ps superior: ⁊ que ꝯbitur est pars inferior. S꜡ in deglutitiōe est econuerso: q̄ pars iferior dilatať ⁊ superior ꝯbitur. ❡ Gal. quoqꜫ volēs ostēdere q deglutitio opēne ambaꝝ tunicaꝝ fiat. dixit tertio de ṽtutib⁹ nālibus. cap. 8. si aliqd̄ aial accipiēs: deinde denudās ei⁹ circūadiacētia stō. i. meri corpora siue incidēdo aliquē neruoꝝ venarū vel arteriaꝝ que ibi ordinate sunt: volueris a gettos. i. labro vsqꜫ ad toracem rectis incisionib⁹ diuidere exteriorē tunicā que villos habet obliquos. i. latitudinales: deide aiali escā offeras videbis ipm trāsglutire eā. Et nimirū circūstractiua actione pdita: deinde rursum in alio aiali iicidas vtraqꜫ tunicas obliqua incisione ꝯsiderabis: ⁊ h̄ transglutiēs nihil agente intus intrinseca tunica. quocirca māifestū ē p alterā tunicā trāsglutire posse eē. s꜡ deteri⁹ q̄ p vtraqꜫ. Nā cū in stō aliis rursū e h̄ est ꝯsiderare māifeste in anothomia. q in trāsglutiēdo subipleť stōus spū. i. aere q transglutiť cū cibariis: q ꝯtra exteriori tunica ipellit facile in vētrē cū cibariis. ❡ Et. A. ṽba Ga. sumēs dixit. opōne duaꝝ tunicaꝝ sil' cōpleť deglutitio. s. p id qd̄ attrahit villos ei⁹ lōgitudinalis posit⁹ i tunica itrinseca: ⁊ p id qd̄ exprimit villus ei⁹ latitudinalis positus in extrinseca. Et q̄ ad deglutionē opatur tunica exterior. iō subdit. q̄nqꜫ fit difficilis deglutitio ei⁹: si tu ei⁹ scindis meri in lōgitudine: q̄ in tali incisiōe icidunť villi latitudinales ei⁹ q incisi nō possunt iuuare deglutionē: ita vt peccetur. i. diminuať a sua pfecta opōne: p tunc attractio adiuuātis aduētū cibi vel ita. s. vt scissis dictis villis latitudinalibus pueť attractio adiuuās ad vomitū huoris. Nā tunc. puata vel diminuta attractiōe faciēte ꝯglutionē fit auxiliū ad vomitū remoto ipediēte. ❡ Inueniť āt h̄ alia līa q̄ vbi ista dicit attractio dicit ꝯctio: ⁊ est melior. ❡ Auic. quoqꜫ prima primi. doctrina sexta ca. 6° de opōnibus dixit. trāsglutiēdi opō duab⁹ cōpleť ṽtutib⁹: quaꝝ vna est nālis: ⁊ alia animalis. Uerūtn̄ s꜡ in h̄ loco ṽtus nālis in transglutione

operans

De iuuamēto meri.

Ambe tunice faciūt deglutionem.

Deglutitio duabus ṽtutib⁹ cōpleť nāli ⁊ aiali.

operans sit duplex. s. attractiua et expulsiua. H tñ in loco isto solũ de attractiua dixit: q2 ipsa est principalis. Dixit ergo q vna est attractiua nãlis: et alia est attractiua voluntarie. Et attractiua nãlis cõplet p villũ longitudinalẽ operationez suã: et aialis opatio cõplectur p villũ lacerti trãsglutiẽdi qui est in meri vel lacertoꝝ circũadiacẽtium extãtium: maxime in exteriori tunica vẽtris. Exterior. n. tunica vẽtris agit in deglutionibus et vomitius. Et q a duaꝝ virtutibus fiat deglutitio Aui. declarauit dicens: hoc apparet: q2 cũ altera duaꝝ virtutũ destructur actio deglutiẽdi duriter pueniet. Nõne vides q cũ desiderium nõ recte pcedit q duriter pcedit actio trãsglutiendi illud qd nõ desideratur. imo cum abhorremus rẽ aliquã nausea nobis puocabitur. Et si postea trãsglutire voluerimus: et territa fuerit ab ea virtus attractiua desideratiua: dura erit opatio volũtaria trãsglutiẽdi: sicq3 deglutitio erit operatio cõposita siue motus cõpositus factus a vtute nãli et a vtute motiua volũtarie. ¶ Et scias q antiquoꝝ qdã dixerũt deglutionẽ cibi fieri sola sui grauitate: et alij dixerunt. q vi vacui sit: q2 cũ cetera mẽbra trahant a stõ et remãsisset stõus vacuus: et ppea cibus trahit ad stõm vt repleat ipsum. ¶ Et Gal. q̄dez cõparans deglutionẽ ad vomitũ. 3° de vtutibus nãlibus. cap. 8° ait. transglutire facilis est q3 vomere: q̃si trãsglutitur cibus ambabus ventris. i. meri tunicis agẽtibus. ea qdẽ que intus trahente. ea vo que extra circũtracta expellẽte. Vomitu autẽ duaꝝ altera sola. s. ea que extrorsum agẽte nulla trahente ad os. Non. n. sicut vẽtris desideriũ antecedit trãsglutionẽ cibarioꝝ: eodẽ modo in vomitibus cõcupiscit aliq particulaꝝ que sm os fiẽtem passionẽ. i. pp passionẽ que fiat in ipsa: z ambe vẽtris ipsius ptes sunt he dispõnes. i. deglutire et vomere ɔcupiscẽtis qdem et acceptãtis vtilia et propria: grauantis vo et ɔtẽnentis aliena. Ideoq3 et ipm trãsglutire his qui sufficiẽter cõcupiscunt ppria cibaria ventri citius fit a parte trahẽte ipsa et euellẽte ea cibaria anteq3 masticẽtur: hi vo qui farmacũ aliqd pp necessitatẽ bibunt aut cibarium in loco farmaci sumpserint anxia qdem et vix trãsglutiendo pficitur. Et Aui. dixit. deglutitio facilior est q3 vomitus: q2 deglutitio est motus nãlis. Vomitus vo violentus et pter nãm: modo motus pter nãm semp est violẽtior motu nãli. Et q2 deglutitio fit cuz auxilio ambaꝝ tunicaꝝ meri: z vomitus nõ cõpletur nisi p tunicam velatiuã. i. extrinsecã. Et q2 pz ex dictis motũ vomitus et deglutionis q ɔtrarij sunt p eãdem partẽ et p eãdem virtutẽ fieri: qd vr incõueniens: ideo scire debes q motus vere et simplr ɔtrarij p idẽ organũ fieri non pñt: q2 non põt idẽ organum ad duo ɔtria vere se hře. Et ideo cũ mot⁹ attractionis nutriẽtis ad stõm sit vere ɔtrarius motui expulsiuo vomitus non possunt p eandẽ tunicã meri fieri neq3 per eosdẽ villos neq3 p eũdem cõplonis modũ. tunica. n. que attrahit cibũ hz aliũ modũ cõplonis ab ea que expellit. Et ideo oz q fiant pdicti motus a diuersis tunicis meri cũ diuersis villis et ɔplonibus: q̃uis et villi latitudinales ad vtrũq3 dictoꝝ motuũ ɔcurrãt: diuersimode tñ et iã ex superioribus pz cõcurrunt. Nã ad deglutionẽ cõcurrunt cũ expressione incipiẽte a superioribus: et gradatim tendẽte ad inferiora. Et vomitus ecõuerso fit p expressionẽ incipiẽte ab inferiorib⁹ et gradatim pcedẽte ad superius. Et sic etiã pñt p eãdem viã fieri: sicut cõsimile apparet de matrice que p eãdem viã attrahit et expellit. ¶ Inqt Viaticus lib. 4. meri patitur trib⁹ modis: vel ex mutatione ɔplonis: vel ex apate: vel ex vulnere. Vñ ei⁹ actio mutatur et trãsglutiẽdi vius aufert. ¶ Et Haly. dixit 9° theorice meri patitur aut ex mala ɔplone aut morbo offectali aut sucture separatione: aut ex passione lacertoꝝ sndentione ɔplẽtiũ. Et. A. dixit. meri accidũt q̃uis spẽs malitie ɔplonis. s. singularis et cõposite et pure et cũ mã. Et q̃ñq3 fiũt in ipso egritudines instrũtales et cões et apate. Et subdit Illud qd sit meo plu ex egritudinibus instrũlalibus ɔ opilatio. ex quibus oĩbus lesio in eius operatione principali prouenit prout in sequenti cap̃ euidenter apparebit.

Deglutitio et vomitus sic se habent contrarie et vomitus est difficilior

De egritudinibus meri ex causis...

¶ De impedimento deglutitionis. Cap. ij.

Deglutiendi actio tribus modis ledi põt: aliqñ. n. aufert cũ patiens qdẽ penitus deglutire non põt. Et aliqñ minuitur cũ deglutit paꝝ et cũ difficultate. Et aliqñ corrũpitur cũ deglutit: z cũ tortione et titillatione. ¶ Dixit Auic. destructio deglutitionis. s. totalis: et ipsius difficultas. i. diminutio. sup. et ipsius corruptio aut fit pp cãm in ipso meri: aut pp cãm vicini mẽbri. ¶ De facta pp cãm in ipso. dixit Haly. egritudines meri aut sunt in ipsa suba: aut sunt in via: vnde transeunt ad stõm cibaria. ¶ Et de facta pp cãm vicini mẽbri. dixit Aui. egritudo causa vicini: aut est: q2 meri cõpatitur toti: sicut accidit in fine egritudinũ mortaliũ pp defectum virtutis in toto. Et est sicut dixit Ipo. in aflo. superius allegato signũ mortis: aut pp cõpassionem ad cerebꝝ in egritudinibus suis ex nocumẽto eueniente in virtute sensibili et motiua: sicut accidit in frenesi lithargia et spasmo vli vel particulari: sicut mãdibule oris partiũ et colli. Et cũ eius ẽ aut spasmus et thetanus qui vult fieri: aut iã incipit fieri: hec. n. difficultas trãsglutionis sepe antecedit cuzez et ɔgelationẽ. i. thetanũ. ¶ Aut fit pp lesionẽ mẽbroꝝ vicinoꝝ: sicut accidit pp apa sqnanticum et apata amigdalaꝝ: et pp brancos et casum vuee: aut pp declinationẽ spõdilis ad inferiora: aut pp ventositatẽ in mẽbris vicinis coartãtem. Et sup. fit ẽt pp cõpassionem: et fit aliqñ pp medicinã suffocatiuam: sicut accidit bibenti gipsum: aut comedẽti quedam ex fungis malis. ¶ Egritudines vo in sua suba sunt: aut aliq ex ɔplonibus malis simplex vel cõposita pura vel cũ mã que erit aut calida aut frigida aut humida aut sicca. Cõplexio. n. calida lz p se sit cã attractionis: et etiaz aptionis: tñ p accidens põt esse cã impedimẽti deglutitionis: vt cum esset intensa resoluens virtutẽ et exiccãs subaz meri. De mala ɔplone sicca. dixit Aui. siccitas supflua et exiccatio humiditatis in ipso. vbi qdam exponunt aut pro et c. Et alij dñt q p siccitatem intellexit malã ɔplonem siccã qualitatiuaz cũ qua nõ est facta aliq exiccatio humiditatis in meri. Et p exiccationẽ humiditatis intellexit exiccationez alicuius partis humiditatis substantifice ipsi meri. Aut sunt mala cõpositio et solo vnitatis in ipso et egritudines i via ei⁹ sunt: aut apa: aut ɔplo sine apate. Aut solutio cõtinuitatis cum vlcere vel sine vlcere. ¶ Aut accidit lesio in deglutiẽdo pp debilitatẽ vtutis egritudine totius: sicut accidit in decrepitis et cõualescẽtibus et patiẽtibus egritudines fortes.

Egritudines meri sunt vel propter totum vel propter cõtraria membrorum vel totius.

Et cause pdictaꝝ egritudinuz aut sunt primitiue aut ãtecedentes aut ɔiuncte. ¶ Et primitiue sunt: sicut v. g. assumptio medicine aut cibi male q̃litatis aut rei excessiue pcãtis dure aut pũgentis: sicut ossis vel spine: et sicut sanguisuga bibita adherens meri: et sicut aeris intẽsa frigiditas cõstringens. Et sicut casus vel pcussio. ¶ Et ãntecedentes sunt sicut v. g. catarrus aut humor aliquis defluens ad meri ab aliquo alioꝝ mẽbroꝝ. Et sicut mala cõplo: mala cõpositio vel solo continuitatis aut apa in mẽbris vicinis et cõicantibus meri. Et sicut mala ɔplo eueniens in toto: sicut in febrib⁹. ¶ Et cõiuncte sunt eedẽ cause ãñtes cum erunt in ipso meri aut in via eius que dicte sunt. ¶ Et scias q difficultas deglutitionis q̃nq3 est cibi et potus similiter q̃nq3 est cibi et nõ potus: et q̃nq3 est potus et nõ cibi. Et huius vltimi modi dicunt qdã: cã est multa virtutis debilitas que non põt cõstringere meri tñ q̃tum reqritur ad traijciẽdum rẽ subtilẽ que est potus: q̃uis possit tñ cõstringere q põt traijcere rẽ grossam que est cibus. Ad grosse. n. rei expulsionẽ nõ reqritur tãta virtus neq3 tãta ɔstrictio. Dixit. n. Auic. ibi. 16° tertij. q grossum ad huatũ facilius expellit q3 subtile. ¶ Assignatur alia causa que est exiccatio multa cartilagis

Et aliqui trãsglutiunt cibus et nõ potum et aliqui econtra.

nis coopientis cānā: vnde nō pōt totā canā cooperire: sʒ tñ qd paruū dimittit discoopertum p qd nō ingredit cibus res grossa: sed potus res subtilis sic: vnde potus non transiens ad meri deglutiri non pōt. Et si quid eius transit imbibit in suba meri exiccata. Et discernitur hec causa ab alia supradicta per tussim: que statim sequitur cum potum deglutire querit. ℭ Assignatur etiā tertia causa ex parte desiderij stōi desiderātis cibū ꝛ nō potū: vel rē solidā ꝛ nō liqdā: quare attrahit stomacus solum qd desiderat.

Signa gñalia difficultatis deglutitionis nota hñtur ex relatione infirmi vel astantiū. ℭ Et signa specierū dicentur in singulis capitulis causarū ipsarū.

Cura impedimētorū deglutitionis duplex est. s. gñalis q ptinet ad hoc cm. Et spālis de q dicet in particularib⁹ caplis. ℭ De gñali dixit Aui. medicine meri alie sunt que bibūtur: alie sunt q exterius applicātur. ℭ Et circa administratione vtrarūq sunt cañ. obseruādi. Et sunt collecti ab auctoribus numero qnq: quorū vnus est gñalis ad vtrasq medicinas īterius siue exteri⁹ applicatas. Et est q medicine meri debēt esse aromatice cōfortatiue nō carētes aliqli stipticitate. Et in sūma debent esse similes medicinis stōi: qꝛ dixit Aui. meri in plurib⁹ dispōsitionibus egritudinalibus est sequens in cplone sua cplonem oris stōi. Uerūtñ nō meret meri de cseruatione sue vtutis ꝛ pmixtione stipticorū cū resolutiuis ꝛ mollificatiuis i curis suarū egritudinū illud qd meretur stōus: cū stōus sit nobilior eo. Et sumitur hic cañ. ab eo qd meri est pars stōi ꝛ mēbꝛ ei simile. pp quā cām Gal. in miemir. ꝛ Ser. 4. breuiarij. Et Alm. 9. ꝛ plures alij auctorū nō fecerūt ppria capl̄a egritudinib⁹ meri: neq determinauerūt de medicis eius. Reliquerūt. n. ea nota ex noticia passionū ꝛ medicinarū stōi. ℭ Duo vō cañ. attribuūtur medicinis que p os interius sumūtur. Unus est q medicine meri debēt esse viscose glutinose aut cū eis mixte vt adhereāt ei in trāsitu ꝛ suā in mora adherentie faciāt operationē: qre dixit Aui. redeāt iterū ad ipm p viā venarū: sʒ cū vtute debili pp lōgitudinē viarū ꝛ multitudinē passionis in vijs. ℭ Alius cañ. est q debēt sepe ꝛ qsi continue exhiberi: in parua tamen quantitate in vice: ꝛ debent paulatine deglutiri: ꝛ non subito: vt adherere ei possint in via. ℭ Ait enim Haly. earum deglutitio cum saliua fiat: vt non descendat subito ad stomacum. Et propter hanc causam notauit Serap. super Uia. q ad tales medicinas nō debet sequi potus vt nō abstergat eas a meri ꝛ precipitet eas in stomacum: sed adherendo ei morā trahant. Ideoq forma melior i medicinis meri esset forma loboc. ℭ Alij duo cañ. attribuūtur medicinis ei exterius applicandis. De primo dixit Auicē. oportet q medicine que exterius applicātur ponantur in loco qui est inter duas spatulas retro: cuius causa duplex est: vna qꝛ meri locatum est posterius. alia ne ledantur per medicinas fortes membra spiritualia: ꝛ maxime canna si exterius ab ante applicarentur. Medicine vero non fortes applicate: ꝛ si non nocent: sed iuuent. iuuamentum tamen earum paruum est. ℭ Alius cañ. est. q siue egritudines meri sint calide siue frigide medicine non debent ab extra actu frigide applicari: me propter constrictionem factam ab actuali frigiditate in via morantes: que longa est ad meri non perueniant omnino cum virtute debili. Et in transitu nucam ledant ꝛ neruos: cum sit actuale frigidū: vt dixit Ypo. neruis inimicum ꝛ spinali medulle: quare in egritudinibus meri calidis debent medicine actu tepide: ꝛ in frigidis actu calide ministrari. ℭ Et dicis p̄ curam egritudinū meri difficilem fore maxime pp festinum trāsitum ab eo medicinarū que concurrunt interius. 2° que medicine exterius approximate ei in pfundo loco non pueniunt ad ipsum nisi cum virtute debili: quarū iuuamentum paruū est. Et 3° qꝛ ad ipsum multis dispōnibus descendunt catarri multi curam impedientes.

ℭ De mala cōplexione meri. Cap. iij.



Complexio mala meri eueniens autē simplex calida vel frigida sicca vel humida: aut ex his cōposita: ꝛ q̄cūq aūt aut erit pura sine mā: aut non pura ꝛ cum mā: que tñ frequentius cōtingit: ꝛ est mala cōplexio frigida aut sicca cum exiccatione humiditatis meri: sicut in febribus adurentibus.

Signa gñis dixit Gal. malā cplonē meri sequtur tarda trāsglutiēdi penetratio q tarditas in oibus partibus meri est eqlis ꝛ sine dolore. Cibaria. n. nō pñt descēdere nisi angustiose ꝛ quodā interuallo. ℭ Et Auic. dixit. q eius signū ē lōgitudo spatij itineris ei⁹ qd deglutit cū paucitate festinātie in toto spatio ꝛ nō est in eo dolor nisi sit in parte neruosa: patiens. n. malā cplonē meri in longo tpe trahit cibū: sicut faciunt febricitātes post longā masticationē neq sentit in loco meri tñ difficultatē illā: sʒ in toto spatio meri fm suā longitudinē: ꝛ est deglutitio cū labore: q̄uis sit sine dolore. Et sentit patiēs lenitatē in partibus meri. Et cum aspicitur intus in ore apparet orificium meri apertum: patiens etiā asserit nullā in eo sentire clausionem siue obstaculū: quare cibus libere non descendat. Et cū non deglutit nō grauatur: ꝛ hinc dixit. A. nisi sit illud. s. qd deglutitur in parte meri. s. fm eius cōcauū visibiliter. i. insensibilr. s. retētū ꝛ cstringat illic ꝛ sentiatur. s. dolor ꝛ labor apud ipm cū retētione eius qd degluntur.

ℭ Signa spēꝝ marie sumunt ex eo q apparet i ore lingua ꝛ pallato: ꝛ tēni calīa rubor illarū partiū signatur. Et calitate sensata in eis ꝛ circa eas a patiēte ꝛ a medico etiā cū ponit manū suā sup collo ꝛ gula ꝛ in circuitu ꝛ siti ꝛ asperitate illarū partiū. Et vtilitate potus actu frigidi cū sumitur.

ℭ Frigida vō cognoscatur albedine vel liuiditate dictorū locorū ꝛ frigiditate ꝛ sensata in eis: ꝛ est sine siti ꝛ fumositate ꝛ asperitate ipsorū ꝛ calidi potus vtilitate.

ℭ Et humida cognoscitur ꝛ ipsarū partium humiditate. ꝛ multitudine sputaminis ꝛ screatus ꝛ sitis paucitate.

ℭ Et sicca cognoscit ex sicci. ꝛ asperitate ipsorū locorū ꝛ paucitate screatus ꝛ saliue ꝛ sitis multitudine: ꝛ qꝛ seqt ad febres ꝛ egritudines exicātes. Et post euones ꝛ abstinētias a potu ꝛ cibo: ꝛ post balneū exiccatiuū ꝛ silia exiccantia.

Cura male cplonis calide meri. dixit Hal. da ei iulep. s. violatū ꝛ mucillaginē seminis psilij: aquā portulace ꝛ granatorum ꝛ similium vt solatri ꝛ nenufaris. ℭ Et Auic. dixit. fiat cura cum administratione linimentorū ab extra ex succis ꝛ medicinis frigidis. Et cū administratione. s. ab intus lactis acetosi sine butyro: qꝛ butyrū inflāmatur. sup. ꝛ aliorū ciborū ꝛ medicinarū frigidarū. Et fiant gargarismata ꝛ retētiones in ore rerū frigidarū.

ℭ Et in cura male cplonis fride. dixit Haly. da aquā masticis cinamomi anisi seni. ꝛ similiū. Et in vnguētis. sup. emplastris vel epithimatibus pone aloē spicā absinthij ꝛ masticē. ℭ Et. A. dixit: sit h cura cum linimētis ꝛ emplastris calefactiuis qbus vtimur in curatione stōi frigidi. sup. ꝛ salsis similibus calidis interius sumptis.

ℭ Et i cura male cplonis hu. dixit Haly. da triferā paruā ꝛ mirabol. cditos. s. kebulos. Nā dixit ipse ipsorū vtus i exiccāda humiditate ē fortis. Et cedit vinū cditū. s. cū spēb⁹ calidis qd dicitur nectar. ℭ Dixit Aui. cura sit cum medicinis stipticis calefactiuis aromaticis ex qbus sunt anisus assatū: spica celtica folium indum thus myrrha ꝛ similia.

ℭ Cura vō male cplonis sicce meri. dixit Gal. 4° affo. in 2° affo. si a febre habito collū cuertatur eo q siccitas si nimia ꝛ vltimata fuerit est incurabilis. Non vltimate vō cura dixit Aui. fit cū electuarijs humectantibus equalis cōplexionis. s. in actiuis qualitatib⁹. Et cū ouis sorbilibus medullis adipibus ꝛ butyro. ℭ Et Haly. dixit. sorbeāt iura que cū adipe fiunt gallinarū ꝛ olera humida cum oleo amig. o. ꝛ similibus

Canon in medicinis ꝛ ā interius ꝗ exterius applicandis.

Canones in medicinis interi⁹ sumptis.

Canones in medicinis exteri⁹ applicatis

⁊ similibus. Et lac asininū ⁊ caprinū. Et polētaʒ de farina
simile cū lacte recēti. Et ↄcessit syrupū viol'. cū spuma. i. mu
cillagine sēis psilij ⁊ sēis citonioꝝ: ⁊ semina cucurbite ⁊ si/
milia. ℭ Cura vō malaꝝ ↄplōnuʒ meri cōpositaꝝ nota est
ex cōpositione simpliciū adinuicē. ℭ Inqt Uiaticus. in cu/
ra male complexionis calide ⁊ sicce detur syrupus viol'. ⁊
prunoꝝ ⁊ sub lingua teneātur pillule que fiunt in tussi sic/
ca. ℭ Et in cura frigide ⁊ sicce dixit. teneat sub lingua pil/
lulas que fiūt in frida tussi. ℭ Qr si cum aliqua dictaꝝ cō/
plonum fuerit mā cōplicata ipsa euanda erit: sicut in cura
malaꝝ cōplexionum stomaci infra dicetur māliun.

ℭ De apostematibus meri. Cap. iiij.



Postemata meri qñqꝫ sunt cala sā/
guinea vel colica ⁊ qñʒ
sunt frida flātica vel melica. ℭ Dixit. A. qñqꝫ
calida flonica. i. sanguinea aut postularia. i. co
lerica. Et qñqꝫ sunt frida flātica ⁊ dura. i. me/
lācolica. Fiūt vt plim p viā defluxus ad ipm.

Signa gñis coꝝ sunt. dixit Gal. 5. de interio. cap. 5. do
lor meri e infirmo deglutire volēti eo existente
supino: ⁊ pp h istos diuersaʒ iacendi formā videmus ama/
re magis quoqꝫ diligūt ortomi esse. i. erectos sedere ad mo
dū ortomioꝝ: qm̄ ex huius sessione sciūt se melius deglu
tire posse: si. n. ifirmus supinus steterit dolor augebit: ⁊ si
sederit mitigabit. ℭ Et dixit. 5. de interiori. cap. 5. Cōis si/
gnatio est: q si ifirmus deglutire voluerit adeo angustia/
tur q potus p nares exire videbit. Et dolor i vna parte sen
tit magis qꝫ in alia. Et accidit ista diuersitas i partib⁹ fm
lōgitudinē meri: vñ aliqñ deglutiunt vsqꝫ ad aliquā partē:
deinde morat: ⁊ apa est i parte in q cib⁹ moratur. ℭ Dixit
Uiati. dolor pcipit in loco apatis aut ifra ipm paꝝ. als. ⁊
melius sup ipm paꝝ. Et cū apa nō in totū ꝓhibuerit deglu
titionē qñ ptrāsiunt res q deglutit locū apatis dolor ⁊ an/
gustia gescūt: maxie si apa molle fuerit. Et dixit ibidē ⁊ po
nitur a Rabi particula suoꝝ affo. sic: qui hñt egritudines
dolorosaʒ i meri: vt apa vel vlcus dolorē sentiunt inter spa
tulā retro. s. pluſqꝫ in anteriorib⁹ pp situ eius. ℭ Dixit. A.
in apate fit ↄstrictio in ꝓpinqtate. i. cū cib⁹ appropinquat
parti apate: qr cibus ibi retinet ⁊ fit ibi dolor. Et est cū do
lore grauitas: ⁊ p dolorē ⁊ grauitatē distinguit a mala cō/
plone in qua nō est dolor neqꝫ grauitas. Et p grauitatē di/
stinguit ab vlcere i quo est dolor sine grauitate. Et nō euā/
tur in plurib⁹. dixit Aui. dispositio a febre. qꝫuis fm plim
nō sit febris vehemētis fortitudinis. Et hoc est: qr elōgatū
a corde: ⁊ māʒ nō multā aggregat ⁊ ise nō e mēbꝝ nobile.

ℭ Signa specieꝝ subalternaꝝ sunt: qm̄ cū calido sunt sitis:
⁊ dolor est intēsior: ⁊ est dolor cōtinuus siue transglutiat si
ue non. Et est cū eo febris non vehemens. Dixit. n. Gal. lo/
co allegato. q febris non est acuta neqꝫ fm quātitatem si/
tis existens: ⁊ est vt plurimum febris effimera vel interposi
ta. Et sentitur in loco caliditas: ⁊ adsunt reliqua signa ma/
le complexionis calide in ore pallato ⁊ lingua.

ℭ Cūqꝫ apa colligit: ⁊ mā facit cu pūstunc dolor ⁊ febris ve
hementiores sunt: sicut Ipoc. dixit in affo. Et accidit in eo
aliqñ horripilatio que remouetur cū maturatur. i. matura
tum est apa: nam tūc remittitur febris ⁊ dolor. Cūqꝫ habē
ti apa in meri superuenit tremor. s. post predicta signa colle/
ctionis ⁊ maturationis rupturam significat apatis. ℭ Di/
xit Haly. 9. practice. si apa saniē fecerit cognoscitur fetore
oris pp vapores putridos eleuatos a parte qua resudat ab
apate saniato: ⁊ sanies ipsa qñqꝫ emittitur per os in vomi/
tu: ⁊ qñqꝫ descendit ad stōm: ⁊ est hoc vt plurimum: ⁊ ledit
ipsum: que aliquando emittitur in secessu.

ℭ Cū frido vō apate nō est febris vt plim: neqꝫ calitas sensa/
ta neqꝫ sitis neqꝫ pulsatio. ⁊ dolor in eo est remissus qui for
tasse nō pcipit nisi apud deglutitionē. ℭ Signa spēꝝ spe/
cialissimaꝝ nota sunt p ea q de eis dicētur in signis apatuʒ
stōi. ℭ Dixit Aui. plurimoꝝ apatum meri difficilis matu
ratio fit aut curatio: ⁊ tardatur maturari. i. vel curari.

Cura coruʒ duplex est. s. gñalis ⁊ spālis. De gñali dixit
Aui. opʒ vt sint medicine repcussiue stiptice. i. in
pn°: ⁊ sint facte ex odoriferis fm ↄplōneʒ q est in curatio/
ne apatuʒ stōi. Quidā tñ ꝓhibent ab extra repcussiua ap/
poni: ⁊ cā est: qr nō puenuit cū virtute ad partes lesas nisi
sʒ ad sanas circūstantes in q̄s ↄstringēdo inducūt nocumē
tum nō paruū. Uel nō pueniunt ad partes apatas cū virtu/
te qua repcutere mām possint. ℭ Deinde. s. in augmēto di
xit Aui. addant in eis ea que sunt sicut armoniacū ⁊ bdel/
liū ⁊ terbētina: ⁊ ficus pter q euata sunt a stipticis: talis. n.
opatio cōuenit in augmēto cū pmisceri debent repcussiua
stiptica cū resolutiuis. Et addatur dixit Aui. cū eis ex adi/
pibus vt aliqliter mollificent. ℭ Et subdit. q si illa nō va/
lent: ⁊ sunt necessaria ea q sunt pluris resolōnis. s. qr puē/
nit apa ad statū: ⁊ pro aut apa fuerit in radice duꝝ. i. de mā
melica: tūc opʒ vt resoluat cū eis que sunt fortis resolonis
⁊ qdā supplent ⁊ pure. i. sine pmixtione repercussiuoꝝ: nō
tñ sine pmixtione aliquoꝝ stipticoꝝ pp cōseruare virtutem
mēbri: ⁊ ēt non sine pmixtione aliquoꝝ mollificātiuʒ: vel
hoꝝ interposita administratione: vt non cadat resolutio in
parte subtili tm̄ ⁊ remaneat grossum lapidanū. ℭ Et scias
in cura oium apatuʒ meri vomitū nullatenus esse ꝓuocan/
duʒ pp duas causas. Una est: qr vomitus adducit mās ad
meri: qbus apa addi pōt: alia qr fortasse cōmota ⁊ agitata
mā in vomitu nō potens ꝓhibete apate extra educi: sit cau
sa suffocationis vel aliaꝝ egritudinum.

ℭ Cura vō specialis duplici pficitur instrō. s. dieta ⁊ potio/
ne. Et dieta siue est oino diete apatuʒ stōi: ⁊ ideo ad illā fiat
recursus. Et potio silr eisdē intētionibus: qb⁹ in illo imple
tur: ideoqꝫ de ea hic breuiter ꝓcedā. ℭ In cura calidoꝝ di/ Cura apa tū calidoꝝ
xit Hal. fiat flōmia ex vena mediana. Tu vō in flōmādo cō/
sidera q dicta sunt in sermone 1° in cañ. de flōmia. ℭ Dixit
Uiaticus. cassiāfistulā ⁊ mānā cū syrupo vio. damus. Aui.
dixit. in pn° apponimus empla frigida stiptica: vt repercu
tiāt māin. Et medicine q labūtur sunt ex frigidis stipticis:
sicut ex lētibus spodio mucillagine psilij: semine portulace
⁊ silibus. Et sorbitiones sint: sicut ex lētibus ⁊ ordeo ⁊ ace
tosentur. ℭ Unguentū bonū in pncipio sic fit. ℞. olei ros.
⁊ coctanini ⁊ succi plātaginis ⁊ lactuce. añ. partes equales
ferueāt cū modico aceti ⁊ addita cera alba fiat vnguētum:
de quo fiat inūctio: ⁊ desup ponatur emplm de farina lētiū
⁊ ordei cū dictis oleis ⁊ succis ⁊ psilij mucillagine factuʒ.
Et teneat in ore vt paulatimqʒ qsi lābendo cōtinue descen
dat dyadragantū cū syrupo ros. ⁊ viol. mixtū: ⁊ reductum
vt loboc. ℭ Et nutriat ex cucurbitis amygdalato ptisana
ordeacea: ⁊ lētibus bis coctis ⁊ pomis coctis ⁊ similibus.
Et traijciat succū granatoꝝ muzoꝝ: ⁊ coꝝ vinū bibat: aut
aquā ordei aut iulep vio. vel ros. ℭ Et post pncipium. s. in In augmento.
augmēto dixit Aui. misceantur supradictis frigidis stipti/
cis resolutiua: sicut armoniacū bdellium ficus in emplis: ⁊
ysopus ⁊ dactili ⁊ ficus in his que lābuntur. Et sorbitio/
nes pdicte fiāt in decoctione caricaꝝ dactiloꝝ ⁊ passulaꝝ.
Et fiant acetosa ⁊ nō acetosa ꝓut causa ⁊ dispositio exigit:
si. n. ibi fuerit inflāmatio magna acetosentur ⁊ si non: non.
In principio augmēti supradicto vnguēto addatur succus
apij: ⁊ oleū camomille vel anetinū. Et in emplastro addat
oleū anetinuʒ: ⁊ mucillago fenugreci. Et supradicto loboc
addatur loboc de pino. Et cibetur ptisana ordeacea decoc/
ta in aqua passulaꝝ: ⁊ bibant modicū vini limphati pontī
ci. Et pcedēte augmento de pdicto vnguento subtrahatur
oleū citonioꝝ ⁊ addatur anetinū. Et de emplastro substra
hantur succi pdicti. Et addātur armoniacum bdellium fe/
nugrecū ⁊ mellilotū. Et vtātur loboc facto ex dyapenidiō
dyairis ⁊ syrupo de iuiubis. Et cibetur ex iusculis factis
ex carnibus pulloꝝ vel pdicū aut ptisana decocta in hac

dio dictarum carnium cũ dactilis ⁊ passulis vel ouis sorbilibus. Et bibat vinum album debile mediocriter adaq̃tum. ¶ Ait enim Aui. cum appropinquat status addat̃ In statu. in resolutiuis. Cum vero fuerit in statu remotis repercussiuis resolutiua sola apponant̃: mixta tñ cum paucis stipticis ꝓpter conseruationem virtutis meri. Inungatur ergo in statu cum oleo anetino ⁊ nardino. Et supponat̃ emplꝫ ex farina fenugreci ⁊ semĩs lini floribus camomille mellitoto ⁊ absinthio decoctis in decoctione ysopi ex qbus fiat emplm̃ cum armoniaco ⁊ alijs dictis. Et lambat loboc factum ex dyairis loboc de pino: ⁊ syrupo de liqritia vel de ysopo. Et comedat iuscula dictarum carnium ⁊ bibat vinũ album limphatum cum aqua decoctionis caricarum passularum ⁊ ysopi. ¶ Et cura eius qd̃ est sanguineum variat̃ a cura colici sm̃ varietatem cure eorum in isto. ¶ Cura vo apa- Cura apatum frigidorum. tum frigidorum meri. dixit Aui. cõsidera in his q̃ dicent̃ in apatibus stomaci frigidis. Et administra super ea lenificantia maturatiua idest resolutiua mixta cum mollificatiuis: vt pꝫ ex simplicibus que ipse enumerauit. Intrinsecus sint sicut ⁊ sorbitiones ⁊ etiã que diximus ad maturandum. i. resoluendum: sicut illa que fiunt ex farina lilij. s. celestis: ⁊ farina ordei. Et per hec dedit intelligere non in omni tpe apatis frigidi debere administrari resolutiua saltem sola: immo in pn° apatũ frigidorum debent apponi repercussiua: attñ remissa in gradu frigiditatis qualis est inunctio facta ex oleo ros. conquassato cum modico aceti. Et emplm̃ de farina ordei cuꝫ oleo ros. ⁊ aceto. ⁊ sorbeat in pn° dyadragantum cum syrupo iuiubino mixtuꝫ. Et bibat aq̃ ordei decoctionis iulubarum ⁊ xilocharacta ⁊ cibetur ptisana ordei. ¶ Et post pnm̃ in pn° augmenti competit supradi- In augmento. ctum emplm̃ Aui. Et in ꝓcessu dixit ipse addantur illa in qbus est abstersio ⁊ fortitudo. s. resolõnis: sicut radix lilij celestis ⁊ radix liquiritie ⁊ alia silia: ⁊ exterius emplastra maturatiua. i. resolutiua que diximus ex qbus sunt fenugrecum camomilla mellilotum bdelliuꝫ terbentina armoniacum yreos ⁊ alia in quibus sit v̾tus aromatica. Debet ergo in cura frigidorum post pnm̃ fieri processus ad resolu- In statu. tiua sm̃ modum dictum in cura calidorum. Uerũtamen in cura istorum resolutiua debent eligi fortiora. ¶ Qꝫ si apa resolõni non obedierit: sed collectionẽ fecerit ⁊ est in via vt maturet̃: tunc est vtendũ emplis̃ ⁊ vnctionibus maturatiuis. ¶ Emplm̃ bonum in apate calido maturando. ℞. farine ordei radicũ euisci ꝑparatñ. añ. ℥. ij. brãce vrsine. M. i. incorporentur cum butyro recenti: ⁊ axungia pulli. Et ꝓcedente maturatione addat̃ in eo fenugrecum. Et cũ appropinquat maturationis coplemẽtũ addat̃ radix lilij. ¶ In apate vero frigido fiat emplm̃ de farina titici euisco brãca vrsina fenu greco semine lini camomille cuꝫ butyro ⁊ axungia porci. Et sorbeat loboc factum ex radice euisci fenugreco ⁊ croco ⁊ in processu addantur dactili ⁊ carice. ¶ Dixit Aui. cum incipit maturari da sorbitiões ex succo surfuris cum oleo amig. ⁊ zuccaro: ⁊ deinde pone in eis qd̃ est sicut farina orobi ⁊ ciceris. Et bibat aquam passularũ dactilorum ⁊ caricarum. ¶ Et quando peruenit ad eruptionẽ: tunc indiges vt accipias in ipso. s. emplo̾ supradicto vel loboc vel sorbitione virtutem ex radice lilij celestis ⁊ amig. amerarum ⁊ prassij ⁊ aliquid ex sinapi ⁊ ficubus ⁊ dactilis. Et dixit. quãdoq ꝫ est tibi necẽũ vt administres erũpẽtia. s. fortia ẽplastrando: sicut sunt sinapis ⁊ gummi: ruthe agrestis ⁊ reliqua que diximus in cura dubellet pectoris ⁊ pulmonis quousqꝫ ꝑueniat̃ ad terminum stercoris colũbini. ¶ Rupto aũt apate curetur cura vlcerum meri dicẽda in sequenti cap̂. ¶ Scias tamen ꝙ aliquando medicine non sufficiũt ad erũpẽdũ apata meri: q̃ꝫuis sit maturum. Et opꝫ tũc vt cũ tenta ferrea vel plũbea intromissa vsqꝫ ad locum apatis ⁊ desup hic inde ducta rũpat̃. ¶ Qꝫ si apa in dursitiem transierit curetur cum apatum durorum stomaci

¶ De vlceribus meri. Cap. vi.

Ulcera accidunt qñqꝫ in meri ex scissura accidente in ipso: vt dixit Aui. i. a vulnere seu plaga adueniente ei de foris siue perueniat ad tunicã extrinsecã incidendo eius villos latitudinales siue ad tunicam intrinsecam incidendo villos longitudinales: vtroqꝫ enim modo: vt supra opatio transglutiendi leditur. Aut accidunt in eo vlcera. dixit Aui. post apata que erumpunt̃ in eo. supple. vel propter bothor in eo: aut propter hũores acutos mordicantes transeuntes in ipso cũ fit vomitus ⁊ conatus. Et non elongatur quin eueniant ei vlcera cum ẽ catarrus. s. acutus ⁊ similia: vt re aspera dura transeunte p meri ⁊ excoriante intrinsecam tunicam eius. Et pp medicinam acutam que adhesit ei ⁊ excoriauit ipsum.

Signa vlcerum meri sunt exitus sanguinis aut puris aliquando per os: vt plm̃ tamen per secessuꝫ. Et dolor in partibus meri. Et locus doloris locum vlceris indicat: sed nõ est ibi grauedo neqꝫ febris. q̃nto tamẽ pluris fuerit sorditiei tanto dolor percipitur minor: ⁊ econuerso. ¶ Dixit Aui. signum distinctiuum vlceris meri ab apate eius: vltra. s. ea que dicta sunt est ꝙ deglutitio in apate impedit̃ cum magnitudine bucelle ⁊ q̃ꝫtitate eius plusq̃ꝫ impediat̃ cuꝫ qualitate ipsius ex acuitate aut acetositate: aut stipticitate. i. mĩta. sup. aut salsedine aut amaritudie: Uerum in vlcere est oppositum: fortasse enim manatio equalis q̃ꝫtitatis non impedit. Et parua que habet qualitatem dominantem. s. aliq̃ꝫ de dictis impedit. ¶ Dixit Gal. 5° de interioribus cap̂ 5°. patiens sentit punctionem ⁊ ꝯstrictioneꝫ siue transglutiat acetosa siue acuta: aut salsa: aut pontica: vnde cum comedit sinapim acetum vel aliud simile ꝑcipit magnum dolorem: ⁊ cum comedit dulcia vel vnctuosa nõ ꝑcipit illum aut paruum valde. Et sic fit vt transeat res magna sine qualitate nociua nullo vel leui dolore ꝑcepto. Et non trãseat parua nociue qualitatis ꝓpter lesionẽ q̃ꝫ facit pp q̃ꝫ refugit v̾tus ab attractione eius. ¶ Drĩa inter vlc⁹ stomaci ⁊ vlcus meri dicetur in cap̂ vlcerum stomaci.

Cura dixit Aui. illius cui accidit vlcus in meri a plaga añte. i. a vulnere facto ab aliqua causa primitiua ab extra disrũpente meri vsqꝫ ad concauum eius qd̃ non fuerit presto incarnatũ ⁊ ꝯsolidatũ. Cura sit difficilis. Et ẽ super extremitatem mortis sm̃ plm̃: eo ꝙ talis plaga ab extra penetrans vsqꝫ ad concauitatẽ meri non põt esse nisi magna ⁊ impediens deglutionis actum: cuius augmentũ sequitur deglutionem rei deglutibilis. Et si non accipitur cibus ⁊ non deglutit ipsum: tunc calor innatus resolutus extinguitur: ⁊ sic super extremitatem fit mortis.

¶ Cura etiã aliorum vlcerũ non est facilissima dixit Auic. est suspecta valde: qꝛ vt dixit Gal. in 2° afo. vesicã hẽre incisam ⁊c̃. meri est membrum neruosum qd̃ difficile ꝯsolidatur. Et medicie insuper ꝯsolidatiue paruo sup vlcere meri morant̃ tpe. ¶ Cura tñ inq̃ꝫtũ possis fuerit dieta cõpletur ⁊ potione. Et dieta qdẽ eadem est cũ dieta vlcerum stomaci: ⁊ ibi requirat̃. ¶ Et potio duas hꝫ potissimas intẽtiões: quarum prima est ad mũdificandũ vlcus a sordibus: que sm̃ Uiaticũ cõpletur cum exhibitione mellicrati: aut cum aq̃ ordei cum zuccaro. s. rubeo: aut decoctione apij ⁊ ysopi cũ zuccaro ⁊ filibus: quodcũqꝫ tñ horum mundificantiũ sumit̃ oꝫ vt non lãbendo: sed vltra in gurgitãdo multotiẽs traijciatur vt melius vlcus abluere possit. ¶ Secũda aũt intentio est ad cõsolidandũ de medicinis: cuius dixit Aui. oꝫ vt medicine in hac intentione habẽat viscositatẽ ⁊ glutinatitionẽ. i. spissitudinẽ. ⁊ ideo dixit. oꝫ vt eligamus medicinas viscosas grossas: ⁊ demus eas ad potandum paulatim traijciendo eas: eo ꝙ qꝛ vt supra patuit: medicine nõ morantur sup meri: sꝫ continue transeunt ⁊ ab eo separãt̃. Cum ergo non traijciunt̃ subito: sꝫ paulatine paruꝫ post

parum

parum obuiant loco vlceris obuiatione post obuiationē: quare efficiunt opatione post opatione. Alia lra hʒ. cum seperantur in potu. i. cum seperatum per interualla sumuntur in potu. Cum ergo inuiscantur. i. viscose sunt siue per se siue per admixtionem medicinarum viscosarum adherētium in suo itinere ⁊ figunt ⁊ nō seperant subito. vñ meli⁹ opātur. huius āt medicinas inuenies in cap̄ vlcerum stomaci.

¶ De opilationibus meri. Cap. vi.



Opilatio meri non apans qñqʒ accidit ꝑpter rem cadētē in via eius opilantem ⁊ ꝓhibentē deglutionē. Et qñqʒ accidit ꝑpter coarctatione factam in ipso ꝑ causam in membro vicino: sicut ꝑpter remotionem spondilis ad intus: aut ꝑpter apostema squinanticū ⁊ silia. Et causa cōplōis ꝓprie meri. Aut frigiditas extrinseca constringens ipsum aut flegma multum ⁊ grossum perueniens ad ipsum in vomitu: aut ſʒ semitā catarri descendentis ad ipsum: ⁊ est id qd̄ est ſm plm cum adheret sua viscositate ⁊ retinet in eo. Aut causa est res extranea adueniens ei deforis ⁊ continetur in eo sicut est os spina vel sanguisuga: vel sicut bolus magn⁹: aut rei pontice dure. Aut causa eius est res extranea adueniēs ei ab intus: sicut vermis ascendēs ex stomaco. ¶ Dixit Aui. iam accidit cuidā nostrorum notorum difficultas trāsglutiendi ꝑpter retentionē rei ignote. f. apud medicantes tunc in deglutorio. i. meri. Et perduxit eum illud ad similitudinem prefocationis: ⁊ fecit eum sincopizari cum nausea eius: qua euomuit vermes plurimos: cum quorum expulsione facilior facta est deglutitio. ablata est ꝓfocatio: cuius causa fuit retentio illorum vermium in meri qui ascenderunt ad ipm ex stomaco: ⁊ iam plures pueri ⁊ maiores visi sunt: quib⁹ deglutio omnio impedita fuit: ⁊ postea restituta per emissionem vnius vel plurium vermium per os. Et aliqñ euomuntur vermes plures adinuicem conglobati.

Signa opilationis meri sunt grauitas sensata in loco opilato ⁊ difficultas trāsglutiendi in loco opilato: ⁊ apud locū illum: ⁊ moratur cibus illic transire. Et non adest dolor: neqʒ rubedo: aut siccitas in ore ⁊ pallato. ¶ Et si fuerit re extrinseca ingrediente scitur ex relatione patientis vel astantium. ¶ Et si fuerit a vermibus adiunt signa vermium. ¶ Et si fuerit ꝑpter flegma grossum facilius transglutit res asperas q̄ molles: sicut vidi in Guidone de polento: qui castaneas siccas ⁊ panem siccū deglutiebat: carnes vero teneras deglutire nō poterat nisi fere vsqʒ ad furculam. ibi enim tenebant spatio paruo post qd̄ q̄si cum vomitu expellebat eas: durauit hec dispō plusq̄ per annum: ⁊ tandem consumptus mortuus est.

Cura opilationis meri est: qm̄ si fuerit a causa extranea introducendus est vomitus pro posse. Et siqdeʒ fuerit os vel spina vel sanguisuga cura fiat cum eis que dicta sunt in sermone p̄cedente in ꝓprijs caplis. Et si fuerit vermes administrent que eos expellunt. Et si nō ꝯferunt ventosa supra stomacum apponatur cum reiteratione multotiens donec inferius trahantur. ¶ Et si in causa fuerit flegma grossum purgetur cū medicamine de turbith si deglutire poterit ipm. Sin autē clysteria fiant ⁊ acuta. Oximel quoqʒ squilliticum ei paulatim ⁊ sepe ad transglutiendum tribuatur. qm̄ incidit ⁊ seperat flegma illud: ⁊ vomitus supra ipsum frequenter inducat. ¶ Dixit glosator. deglutiat patiens bolum magnum carnium vacinarum macrarum semicoctarum ligatuʒ cum filo cum quo extrahi possit. Et cum deglutitus fuerit: filum trahendo extrahatur. Et fiat hoc de pluribus bolis. abstergitur enim cū eo flegma viscosum a meri. ¶ Ego autem in tali casu feci cum Brancis tentam de candela cere oblunga ⁊ plicabili ⁊ per meri intromitti feci ⁊ fricari meri in circuitu extrahendo ⁊ intromittendo multotiens ⁊ qualibet vice abstergebat a meri eius quantitas flegmatis satis magna: ⁊ sic deglutire potuit ⁊ euasit. Posset etiam similis tenta fieri de plūbo. ¶ Comedat autem patiens sinapim valde nidam: porros cum aceto ⁊ res duras ⁊ asperas. Et bibat vinum album acutum subtile. ⁊ aliquando coclear aceti acuti deglutiat. ¶ Cura autem opilationis meri facte a membro vicino coartante impletur cum his que in illius membri dispositionibus dicuntur.



¶ Tractat⁹ quartus de dispositionibus stomaci continēs capitula. 57.

In hoc tractatu huius quinti sermonis loquar de dispositionibus stomaci: cuius sunt capitula. 57.

¶ De anothomia stomaci. Cap. i.



Stomacus ſm ꝓpriā nois significationem significat os eius: nā dicitur enim a stomos grece. qd̄ latine dr̄ os ⁊ cusis qd̄ est venter inde stomacus os ventris. ꝑpter qd̄ Ga. ait. qd̄ stomacus ꝓprie ysofagus siue meri dicitur: ⁊ sic in de virtutibus nālibus meri stomacum vocauit. Verūtñ ſm cōem ⁊ vsualem significationem stomacus dr̄ de toto ventre. ¶ Et vt fugias equocationem huius nois venter scire debes: q̄ venter in libris medicorum multipliciter sumitur. Uno mō largissime pro oī ꝯcauitate siue pro oī mēbro habente ꝯcauitatem quocunqʒ membrū sit illud. Et sic accipit 6° afo. in afo. si sanguis in ventrē effuderit ⁊c̄. Dixit enim Gal. pº de crisi. venter apud Ipo. est nomē cōe ois mēbri habētis concauitatem. ¶ Scđo mō sumit large pro ꝯcauitate mēbrorum spūalium ⁊ nutritiuorum simul ⁊ generatiuorum q̄ tenet a claui pectoris vsqʒ ad os pectinis. ⁊ istō mō sumit 2° pronosticorum. Et Alm. ait. concauitas totius ventris a furculis vsqʒ ad anchbarum ossa tendit. ¶ Tertio mō sumitur stricte siue ꝓprie pro concauitate nāliū tm̄: ⁊ ita sumitur in afo. In perturbationibus ventris ⁊c̄. Et in alio afo. qbuscūqʒ iuuenibus ventres humidi ⁊c̄. Et Serapion p̄n° tertij tractatus sui breuiarij dixit. Intentio mea est tractare de egritudinibus que in vētre fiunt: ⁊ postea solum tractauit de egritudinibus stōaci ⁊ intestinorum. ¶ Quarto mō sumit pro toto mēbro illō qd̄ cōiter dr̄ stomacus qd̄ ē mēbrum in quo prima celebrat digestio. Et sic sumitur in afo. Ventres hyeme ⁊ vere ⁊c̄. ⁊ 1° tegni. ventris quideʒ cognitiones ⁊c̄. Venter insup grece dr̄ chilia vel cilia siue cilion. Nam cilion grece concauum a quo chiliaca passio que est fluxus ventris factus vitio stōaci. Et Alexā. dixit q̄ antiquitus stomacus ⁊ intestina vocabant colides siue colirides a quo coliria passio. Stomacus etiaʒ a Gal. 4° de iuuamentis. dictum est cellarium siue arca cibi. Et vocatus est a quinto sereno rex corporis. vnde ait. qui stomacum totius corporis regem esse contendunt nuti vera rōe nituntur: eius nāqʒ robur confirmat cetera membra. At contra eiusdem frangūtur cuncta dolore. vnde ait Cōstā. in libro de stomaco. iuuamentum stomaci sicut oībus mēbris generaliter prodest: sic eius nocumentum oīb⁹ nocet. Nullum. n. mēbrorum. dixit Gal. 4° de accidenti toti nocet corpori q̄tuʒ os stomaci. ¶ Superior aūt stomaci pars os stōaci: ⁊ qñqʒ caput stomaci dr̄. Et os stomaci antiqui p̄te cordia vocauerunt. 5° de interioribus. Et Aui. dixit. q̄ quidam homines vocant ipm assued ⁊ cor. Et Ipo. multotiens

De stōaci

dixit sued. et significat per illud os stomaci: vnde os stomaci
precordiũ sued. et cor os. Et sic sumitur 4° asso. in asso. In
non sebuctiātibus exitibus si fiat fastidiũ et cordis mor-
sus. In qua Ypo. per cor intellexit os stomaci: vt Gal. dixit
in 9° cordis. motus in ore stomaci esse itelligitur: qr hoc
mēbrum antiqui semp cor appellare cõsueuerũt. Pars vo
inferior stomaci fundus eius vocatur. Cuius fũdi os greci
pileron vocant. Et interpretat portanariũ. vnde ab Haly
4° theorice dictum est ianitor.

Fundus stomaci pilerõ

Substantia stomaci. dixit. A. est fortior neruis ex
hoc. s. q facta est extensibilis et corru-
gabilis: vt possit equari quātitati cibi cõtenti in eo. est eniz
composita ex carne et neruis habēs diuersitatē i cõpositio
ne eius sm diuersas sui partes. Habet enim venter dixit
Gal. tunices duas in qbus: vt ipse dixit 3° de vtutibus nā
libus. cap. 8°. habuit villos distinctos. Et rectos quidē in
tunica intrinseca attractionis gratia: qr attractio est ei. s.
tunice intrinsece. vel ei. s. ventri magis ppria q̃ retentio et
expulsio. Et obliquos. s. latitudinales et transuersales vil
los habuit in exteriori tunica positos circumtractiõis gra
tia. ¶ Et Aui. dixit. post meri est corpus stomaci. i. substā
tia eius contextum ex diuersis generibus villorum: et ex dua
bus tunicis: quarum interior longitudinales habet villos.
pp illud qd scitur de necessitate attractionis eius: qr attra
ctio stomaci magis necessaria est: et attractio per villos lõ-
gitudinales fit. Propterea cum cõtrahitur stomacus cũ fit
deglutitio epiglotis eleuatur: vt patuit i anothomia meri.
Et extrinseca tunica habuit villos latitudinales: propter
illud qd scitur de necessitate expulsionis: qm per illos fit
expulsio. Et non fuerunt positi villi expulsiui extrinseci. i.
in tunica extrinseca. sup. et lõgitudinales in intrinseca: nisi
qm attractio est prima opationũ stomaci et pprior ei. Dein
de expulsio aduenit in toto vase. et cõplet expulsio per exp̃s
sionem continue in toto vase. i. in tota concauitate stomaci
siue in toto stomaco vt expellat qd in ipso est. sup. et ideo
fuerunt positi in extrinseca tunica: qr contracta extrinseca
tunica cõprimitur intrinseca: et qd in eius concauitate con
tinet vnde accidit illud expelli. Et dixit Aui. cõmiscentur
tunice intrinsece villi transuersales: vt adiuuent ad reten-
tionem faciendum. Et fuerunt positi in intrinseca: et nõ in
extrinseca: ppterea retentio immediate aduenit post attra-
ctionem. Uerũtamen longitudinales fuerunt positi in inte
riori parte ipsius tunice intrinsece et transuersales in exte-
riori parte eiusdem tunice: qr attractio precedit retētionē.
¶ Et ex his pz q non est contradictio in dictis. A. et etiaz
inter ipsum: et Gal. de situ villorum transuersaliũ: qm tunica
interior stomaci habet duas partes: vnā intrinsecā et aliaz
extrinsecam. Et lõgitudinales villi sunt positi in intrinseca
parte eius: et transuersales in extrinseca eiusdem. Et tamē
ambo sunt positi in intrinseca cõdistincta extrinsec. ¶ Almā.
aũt in p̃ lib. cap̃ de anothomia meri et stomaci. diuisit sto-
maci substantiam in tres tunicas sm tres species villorum
in stomaco repertorum. Et sic de intrinseca tunica duas
constituit: cum tamen sm rei veritatem intrinseca tunica
non sit nisi vna. Quidam autem dixerunt ventrē quatuor
habere tunica: quarum prima est pāniculus exterior ortus a
sifac tegens ab extra extrinsecā tunicā. De quo dixit Hal.
3° theo. stomaci opimentũ oĩbus est grossius opimētis
que viscera alia vestiũt: vt cũ stomacus cibo repletus fuerit
aut inflatur minime ei fixura accidat: neqz rumpat. Et cũ
hoc opimēto sifac: qd sub stõ sternitur alligatur. 2ª tunica
sm illos est ipsa extrinseca tunica. Et 3ª est tunica dcā itri-
seca. et 4ª est pellicula tegens ab intra ipsam tunicam in
trinsecam de qua pellicula. dixit. G. 5° de iuuamentis. cap.
2°. tela intrinseca stõi et ysofagi est posita et expāsa per oēs
ptes oris. Et dixit. 3° de vtutibus nālibus. cap̃. viii. appz
manifeste transglutientibus cõcisus. i. tractus: qr itm larix

recurrēs ad os q̃zsi stõi: idest meri subeuellitur. s. aliud
sursum. et cũ demũ cõpleto actu qui in transglutiendo di-
missus fuerit a extensione stõi. i. meri apte rursus appz larinx
delatus tunica. n. ventris que intus est: que villos rectos
hz: que stõm et os subiungit. i. cõtinuat in interioribus par
tibus supertendit laringis. i. faucibus. Itaqz cõtingit sube-
untia ea a ventre eo cuelli et laringā. Manifestũ ergo ē q
venter trahit cibaria per stõm. i. meri. s. ab ore a quo attra-
here cibũ dcā tela adiuuat et hec tela fuit dura: vt esset remo-
ta a receptiõe occasionũ rerum durarum asperarum. vt nõ noceant
ei in deglutione. Et quāto magis hec tela descendit tāto fit
magis rara lenis et mollis paulatim quousqz perueniat ad
fundum stomaci. Et causa eius dicta est sup in anothomia
meri. ¶ Dixit Aui. tota tunica stõi extrinseca obuiat cor-
poribus spissis. i. duris mēbris. s. dorso. sup. et ideo facta
fuit solida. Alia hz tunica intrinseca obuiat corporibus
spissis. s. cibis: et ppea facta est dura. Et est tunica interior
magis spissa exteriore: vt sit magis tuta a nocumentis con
tractus rei dure. ¶ Est aũt vtraqz stõi tunica neruosa ma-
gis q̃ carnosa. verũtñ intrinseca cũ hoc est neruosa magis
q̃ extrinseca: ppea q fuit ordinata ad sentiendum. Unde
sepe tunica neruosa appellat: et extrinseca est minus neruo
sa q̃ intrinseca: et hñt plus de carne: qr fuit ordinata ad
digerendũ. Unde sepe tunica carnosa nominat. Rectius tñ
subcarnosa dici deberet. ¶ Quod aũt dixit. A. intrinseca
ps cõcaua. i. pfunda vel que adheret pfunditati est plus
carnosa et calidior: non intellexit absolute neqz respectu tu-
nice extrinsece stomaci: sed eaz cõparauit tunice intrinsece
pmi intestini superioris: qua ipsa est carnosior et calidior
vt sit magis digerēs. Inuenit aũt hec lra: que dicit. extrinseca
ps est carnosior etc. et est clara. Ambe tñ tunice fuerunt or
dinate ad sentiendũ et digerēdũ. Uerũ intrinseca est ad sen-
tiendum magis: et extriseca ad digerēdũ plus. qr dixit. A.
sensatio melior fit qñ sensibili imediate occurrit sēsus siue
mēbrum sentiens. Alteratio aũt et digõ põt fieri p mediũ. Põt
enim dixit. A. digerentis opõ ad illud qd est digerendũ in
potētia siue occursu imediato puenire. vt tertio de vtuti-
bus nālibus Gal. mõstrauit. ¶ Inquit Serap. 5° breuiarii
cap̃ p. stõm in duas diuidit sectiões. s. os stõi: et concauum
eius. et cõcauũ quidē: et fundus eius est magis carnosuz ore
ipsius: qm ista pars est magis apta ad digerendũ q̃ ad sen
tiendũ. et os eius est magis neruosuz fundo eius: qr est ps
magis apta ad sentiendũ q̃ ad digerendũ. In vtraqz tamē
pte fit sensus et digõ: sed magis et pfectius fit in vna pte q̃
in alia. Fuit aũt ps superior stomaci creata magis apta ad
sentiēdũ: et iferior ad digerendũ: qr appetitus pcedit digõ
nem. ¶ Dixit. n. Gal. 5°. de iuuamentis. cap̃ 2°. stõus hz
sensum digõnis: et pcipue. in capite eius: vt expgefiat aial
ad recipiendũ cibũ pp indigentiā ad hoc. Ideoqz dixit. A. in
trinsece tunice ps cõcaua. i. ps cõcauitatis: et fundi ē magis
carnosa et calidior: vt sit magis digerens: et os eius est plus
neruosum: et vt sic vehemētius sensibile. ¶ Scire hec oportet
q in digõe stõi aut cõsiderat ipsa digõ absolute: que est alte
ratio pmixtiua debite hũidi cũ sicco rei que digerit: et ista
plus fit a tunica stõi extrinseca: aut cõsiderat ipsa digõ inqñ
tum fit ad determinatā formā que ē formis chili: et ista plus
fit a tunica intrinseca. Cuius signũ est: q chilus in colore
plus silatur substantie intrinsece tunice q̃ extrinsece. et q̃z
uis ita fit q tunica extriseca agat digestionē cũ sua āpliori
calitate mediante intrinseca tunica. Non tñ ipsa intriseca
tunica a sua nāli cõplexione remouetur: eo q actioni cali-
ditatis extrinsece tunice resistitur a q̃dā cibi aquosa pte q̃
cõtinue alterat ipsam tunicam intrinsecam ad cõtrariũ alte
rationis inducte ab extrinseca tunica: et non finit a calitate
tunice extrinsece alterari. Cuius sile pz in chacabo posito
cum aq̃ ad ignē sile et cum carnibus ad decoquendum in
quo aque ebulitē carnes decoquuntur vtute ignis: et tñ
fundus

Os stõi est magis neruosum: et cõcauũ magis carnosum

Digõ ad tunica stomaci et magis fit

tunica sẽ

fundus eius ubi mediantibus ptibus aq̄is quibusdā resistē tibus non calefit a caliditate ignis:sed remanet fridus:aut remisse cal'e. ℂ Amplius scire debes q̄ tunica intrinseca stōi sentit inanitionē suam sensu tactus q̄muis cū q̄dā pticulari sensatione:vt p̄ trac. sermonis membroꝝ aiatoꝝ patuit. Et in sensu tactus mediū reqsitū ad sensationem non est extrinsecum sed intrinsecū.s.caro:nā tunica intrinseca stōi non est sic neruosa quin etiam sit carnosa.ꝛ caro eius est medium sensationis:qua mediante neruus qui ē organum virtutis sue sensitiue percipit ꝛ sentit.

Complo stōi innata ē frida ꝛ sicca:sed actuata ē calida ꝛ humida.

ℂ Cum vt patuit ps neruosa stōi supet ptē carnosam:sem̄ ē vt sit cōplo stōi totius inata frida ꝛ sicca. Uerū stōus hꝫ cōplonem acq̄sitā ab alijs mēbris ei influentē:qua influit ei multitudo spūs ꝛ caloris. Nam multa mēbra concurrūt ad calefaciendū ipm vt dixit Aui. prima primi.q̄ actuant eius cōplonē inatā:que sic actuata reddit calida ꝛ hu. rel' tpamēti cutis:ꝛ tn̄ calā vt sm q̄ qdā dixit. reddit calior caliditate epis:q̄muis epar in sui inata ꝯplōe sit longe calius stō. Cū hoc tn̄ stōus hois comparatus stōis multoꝝ alioꝝ aialiū dr̄ esse digestiue debilis:cuꝫ hoc ēt q̄ non comedat cruda sicut illa:q̄muis nō sit calidissimus respectu multoꝝ aialiū vt dixit Ar.4° pbleumatū. probleumate 6°:qr h̄ hꝫ veritatē respectu cordis non respectu stōi. ℂ Et scias. q̄ cōplo illa calā acq̄sita stō ab alijs mēbris multū facit ad digōnem absolutā.i. ad pmixtionem hūidi cū sicco. Quātū aūt ad dandū determinatā formā cibo q digeritur plus opat' ipsius cōplo inata qua sibi assimilat chilū q̄ntū pōt. pp acq̄rere aūt dictā influentē cōplonem q̄ digerere possit quē recipit cibū fuit stōus locatus in medio corpis supioris ꝛ inferioris dextri ꝛ sinistri ꝛ anterioris ꝛ posterioris. Et datus est dixit Aui. ei hic locus vt in eo digō melior celebretur. cōplet'.n. digō caliditate sua ꝛ mēbroꝝ circūstantium ei. Ep.n. supponit ei a dextre.s. eius declup.ꝛ illud id q̄m illic rotundat' ꝛ fit ei illius obuiatio bona. Et splen supponit' ei a sinistra ꝛ elongat' parūper a dyafragmate capiēs in ipso. Nā si supponeret ipse.s. splen ꝛ epar sil' vna suppōne grauaret illud stōm. Electū est igit' vt supponat' ei epar taliter quatenus ꝯphēdat ipꝫ additionib⁹ suis.i. pēnulis extēsis sicut digiti. Et substernatur splen subtus. Et cū hoc epar est magnū valde cōpōne facta ad splenē pp necītatē sue magnitudinis q̄.s. dicet' in ãothomia epatis. Et quō nō.s. est ep maius splene. Cum splen non sit nisi receptaculū vnius supfluitatū epatis pp cui⁹ magnitudinē ꝯsequēs est vt declinet caput stōi ad sinistrū amplificādo locū epati vt coangustet sinistrā. Et vt declinet inferior pars stōi ad spatiū qd̄ euauit epar subtus ꝛ dilatet ēt locū splēi a sinistra ꝛ de subtus. sup.ꝛ sitr det locuꝫ intestino grosso colon inuoluto sub stō iuxta renes. In dextera autem pte in inferioribus stōi locata sunt intestina gracilia que cōpōne grossioꝝ occupant parum de loco.

De situ stomaci.

ℂ Dixit alm̄. lib° p̄. ca°. de figuris.n. stōi. caput stōi ad sinistrā inclinatū repit' ipsi⁹ vo fūdus ad dextrā. Et i tali situ stōus actuatus est:ꝛ ps arcus eius interior a pte dextra.ꝛ gibbose ps eius est a sinistra. Et opposita est. dixit Auic. nobilior ps eius epi:ꝛ vilior spleni. Et dixit ab anterioribus additū est stō zirbū extensū sup ipm.ꝛ supra zirbū est sifac ꝛ ēt mirach. Et lacerti eius ꝯtinētis calitatē ꝛ reuerberantia ipsam supra stōm. A posterioribus vo stōi in loco vehementioris gibbositatis.i. in loco maioris arcuationis posterius extendit' vena pulsatilis:ꝛ ēt non pulsatilis magna sua calitate calefaciētes stōꝫ. Et ꝯtinuatum est os stōi cū meri.q̄ pp locus oris stōi est retro iter terciādecimā spondiliū dorsi:ꝛ anterius est in opposito gladiate vbi os exēpliatur inferius ꝛ abinde descendit stōus inferius arcuate non directe sup spondiles dorsi. Et occupat anteri⁹ vsq̄ ad ptes vmbilicales:vnde descendit a furcula iferiori versus vmblicū in distantia ab vmblico per q̄ttuor digitos vel circa. Et os qdem stōi nō fuit in altiori pte sua seminalis sed aliquātulū descendit ad latus v̄sus dorsuꝫ. Ne cum repletus hō cibo incuruaret' versus terrā ascendat tūc cib⁹ ad meri ꝛ os ꝛ egrediat'. Et simile est de inferiori orificio eius. Nō.n. fuit in inferiori eminentia positū:sed declinat ad latus magis v̄sus superius. Ne cibus sua grauitate extendens ꝛ extendēdo aperiens egrediat' ante tps indigestus:ꝛ maxime apud eructuationē animalis:sed retineat' tpe sufficienti quousq̄ digerat'. ℂ Dixit Alman. loco allegato. portanarium qn̄ cibus in stō adunatus fuerit ꝯstringitur ꝛ clauditur in tm̄ q̄ ab eo nihil ēt aque egredi pōt donec digō compleatur vel cibus corrumpatur. Et Auic. dixit. in inferiori stomaci est foramen cui continuatur intestinum duodenū:ꝛ est strictius foramine superiore:qr est transitus eius quod est digestum ꝛ subtiliatum ꝛ factū est liquidum. Et per superius foramē est transitus eius qd̄ est ꝯtrarium ei:qr neq̄ est digestū neq̄ liq̄dū sm plim. Et iste meatus recepto cibo claudit' vt retineat' cibus vsq̄ quo compleat' digestio. sm enim nām tps retentionis ꝯmensuratur:sm tpa digōnis qua completa iste meatus aperitur vsq̄ quo compleatur expulsio ipsius cibi. ℂ Dixit. G. in li.5°. ca° 2°. de iuuamētis mēbroꝝ. In tpe quo vtit' stōus v̄tute retentiua pp digōnē due vie.i. duo ora stōi sunt ꝯstricte ꝛ ꝯiuncte:sed in hora v̄tutis expulsiue adunat' stōus:ꝛ ꝯstringit' ꝛ ꝯtrahit' via per q̄ꝫ intrat cibus:ꝛ ampliatur via per q̄ꝫ exit. ℂ Et Hal.5° theo. dixit. qn̄ expellenda ad intestina emittuntur:superiora ꝯstringunt':ꝛ inferiora dilatantur.

Durante digōe os stōi tā superius q̄ inferius stat clausum.

ℂ Et factus est stōus membꝝ vnū nō duplex cum sit ipse sufficiens ad hūdum appetitum pro seipso ꝛ toto:ꝛ ad digerenduꝫ cibū sufficientē p se ꝛ toto. Et hoc maxie cum sit mēbꝝ grande respectu alioꝝ mēbroꝝ. Fuit.n. magne q̄ntitatis cum oporteat ipsum qn̄q̄ magna cibi partē capere.

Stōus est vnus tm̄.

ℂ Dixit. G. loco allegato. stōus est oblongus rotundus. Et cā rotunditatis fuit:qr talis figura ē tutissima ab occasionibus. Et est capacissima alia;ꝝ:sed nō fuit vere rotunditatis in duobus:p qr in sui longitudine:vt dcm̄ est arcuatur in figura cucurbite retorte. Ait.n. Alm. si imaginaueris cucurbitam rotūdā lōgi colli superius cui ab inferiori ꝯtinuaret' aliud collū erit ac si videres stōaci ꝛ meri figurā. Et cā sue arcuationis est. Nā si fuisset rectus:tunc sua orificia fuissent in directo posita. Cū igitur hō sit statu re erecte descendisset ab eo cibus an̄ tps debitū. Fuit etiāꝫ arcuatus:ꝛ vt in vacuitate arcus sui cederet locū epati:ꝛ vt iā dcm̄ est:ꝛ inferius apparebit. Et non fuit v̄e rotunditatis iterꝫ. Nā vt dixit. G. in parte dorsi est planus. Et. A. dixit dilatat' in posterioribus suis:vt bona fiat obuiatio sua dorso. rotūdat' tn̄ pars stomaci vbi ꝯtinuat' cum meri. ℂ Et dixit. G. stōus est ꝯcauus in cuius.s. ꝯcauitatē ingreditur cibus cuius pars supior āgustior ē inferiore. Ampliat' autē ps inferior. dixit. A. qn̄ locus in quo morat' cibus est in inferiori.

De forma ꝛ figura stomaci.

ℂ Dixit Ga.5° de vtilitate pticulaꝝ. loco supi⁹ allegato. alijs vniuersis animalis particulis q̄ttuor v̄tutes hūtibus n.ales non copulauit nā sensum:sed velut plante nutriunt'. Soli aūt vētri:ꝛ maxime eis que circa os eius sunt ptibus sensum indigentie.i. famis:siue appetitus instituit excitātē ꝛ pūgētē aiali offerre cibaria. Et h̄ rénatura opata est eis que sm totū corpus particlis a venis que a ꝯcaua vena pcedunt trahentibus cibū. Ipsa vo ꝯtinua venas ex his que sm epar venis:his aūt ex eis que ad portam ferunt'. Et illis ex eis que vētris ꝛ intestinoꝝ. Nulla ergo exnte pticula a qua oꝫ accipere cibū ab extra fuit necessarium aialibus replere eū. Et in hoc differūt aialia a plātis. Plāte.n. licꝫ q̄ttuor v̄tutes nāles hēant. sensus tn̄ eis abēt non.n. debebāt p os nutriri portanarium submissi nutrimenti hūtes terrā cui cōplantate ꝛ ꝯiūcte semp hūt copiā eius qd̄ oꝫ nutrire eas. Substantia vero aialiū cū hoc qd̄ longe a terra est ipsa sm innatas pticulas:adhuc ꝛ mouet

Stōus hꝫ sensū pḣ, te ade fine sensu cibantur.

ꝑm electionē inest: ⁊ locū ex loco permutare. Itaqꝫ ꝓpter
vtraqꝫ īpossibile fuit eis sicut plātas sugere humorem qui
ex terra. Eguit igitur ꝑm singulas species: aut herbarum
semine: aut fructu: aut aliorum aīalium carnibus nutriri. Et
hec illo afferre tpe quo venter indigentiā sentit: sed nulla
aliarum ꝑticularum alia a seipsa possidet innatū sensum. Infuere
ēt ventri talē ṽtutē aliunde oportebat velut per riuos ali/
quos a sensitiuo ꝑncipio. Et huius grā par nō paruorum ner/
uorum ad eum desup defert̄ ⁊ disseminat̄: ⁊ maxime circa os
eius: ⁊ ꝑtes ei cōtinuas. Et in alijs ēt ꝑtibus vsqꝫ ad fundū
eius ꝑtendit̄. ℭ Et. A. dixit. aduenit ex neruis cerebri ad
stōm ramus acqrere ipm faciens sensum: vt ꝑcipiat famē.
sup. ⁊ sitim ⁊ diminutionē. i. inanitionē. Et iste neruus de
scendit ab alto reuolutus sup meri: ⁊ inuoluit̄ sup ipsum
vna inuolutiōe cū est ꝓpinquus stō. deinde ↄtinuatur stō.
Et dixit. A. illo quidē. s. sensu nō eguerunt relique partes
stomaci que sunt post os eius. s. tāto quanto indiguit os.
Sunt. n. dixit Zoar. aliq̄ ꝑtes stōi subtilioris sensus q̄z alie.
Nā qcqd ē ꝓximū suo supiori orificio est sensus purioris.
Et qcqd est ꝓximū suo orificio iferiori est sensus grossio/
ris. Et subdit. A. stōus non eguit sensu: nisi qr eget vt exci
tet ipm cū est vacuus a cibo. Nā cū extremitas eius pª. s.
os eius superius est sensibilis ad acqrendū nutrimentum
sibiipsi: ⁊ alijs non eget illud qḋ est post ipsam illo sensu:
qm ipsa ꝑma extremitas sufficiens est ad deferendū onus
alterius. Et iste neru⁹ oritur ex sexto pari neruorum cerebri:
in quorum anothomia patuit an sit vnus vel plures: ⁊ hoc
mediante neruo stōus cū cerebro magnam habet colligan
tiam: ⁊ ei qꝫ fortiter compatit̄ in egritudibus suis. ℭ Et ad/
uenit ori stōi ex splene vena siue porus deferēs nālr meliā:
que guttatim cadit sup ipsum adiuuās ad excitādū appeti
tum: ⁊ q̄ mediante cum splene colligatur.

De colli/
gātia stōi
cum aliis
membris.

ℭ Dixit Almā. stōus colligat̄ spōdilibus dorsi: ⁊ ēt alijs vi
sceribus ligamētis firmis q̄ cū firmiter tenent. Fortitudo
nāqꝫ ligationis ⁊ substentatiōis oium viscerum ē put eorum
expetit nobilitas: ⁊ eis neciū fuit: ⁊ timor sup ea: qbus ēt
mediātibus hꝫ stōus colligationē cū lacerto qui ē sub eo.
ℭ Dixit. A. loco stōi vehemētioris gibbositatis. i. in loco
maioris arcuationis posterius subponit̄ vena magna ꝓce
dens in lōgitudine ipsius: ⁊ mādat ad ipm ramos plimos
q cū ipso ligant̄. ⁊ diuidunt̄ in ramos subtiles ↄstituti in
ordine suo. i. ↄtinuati diuidunt̄: qui oēs rami appēter nō
veniunt nisi ad extrinsecā tunicā stōi. Et dixit: adhēt ei ar/
teria sil̄r: ⁊ ꝓcedit ab ea sicut illud. s. qḋ dcm̄ est ꝓcedere ex
vena ꝑdcā. Et his mediātibus ramis nutritur stōus: ⁊ in
suo calore euentat̄. ⁊ cordi ⁊ epati. imo ⁊ toti corpi collu/
gātiā: ⁊ cōitatē magnā stōacus hꝫ. ℭ Et qr rami ꝑdicti nō
ingrediunt̄ interiorē stōi tunicā dixerūt: vt supius patuit
stōm q̄ztū ad interiorē tunicā nutriri ex chilo. ꝑm tn̄ alios
q̄uis nō appēter veniant ad ipm vene: veniunt tn̄ subtiles
valde effugiētes visum: cuius signū q cū intrīseca tunica
stōi accidit continuitatis solutio. fluit ab ea sanguis quo
nutrit̄: ⁊ nō ex chilo. Et a felle qdē siue a canal̄ eius ꝓue/
nit ramus ad fundū stōi deferens colerā ad iuuādū digō/
nē. Et nō ꝑtransit ramus iste tunicā interiorē eius: neqꝫ ad
ipsius ꝑuenit ↄcauitatē: sed in sui spgit̄ sibi: quo mediāte
cū felle colligat̄. Et ab añriori qdē colligat̄ cū zirbo: qḋ ē
positū ab añrioribus sub sifach extensum. Dixit. A. super
stōm: ⁊ sup oia intestina hoīe ꝓꝑe. ꝓpea hoīes sūt magis
egentes auxilio digōnis: qḋ opat̄ ipsa extēsio zirbi: ⁊ hoc
fuit pp ṽtutū nāliū hoīum debilitatem ꝑm cōpōne eorum ad
alia aīalia. Alia. n. aīalia hn̄t pellem grossam: hō vo subti
lem. ⁊ mediāte portanario colligat̄ stōus cum duodeno ⁊
alijs intestinis. ⁊ colligat̄ epati vltra colligātiā dcām me/
diantibus meseraicis: ⁊ neruo vadente a stō ad epar: vt pa
tebit in anothomia epatis. ℭ Et ex dictis qdē colligātijs
apparꝫ q̄ztū hēat stōus colligantiā cū totore oībus: ⁊ singu
lis mēbris ad q̄z colligantiā aduertēs Roger⁹ dixit. Nō
ē aliqḋ mēbrum: qḋ nō cōpatiat̄ stōo: ⁊ spālr nerui ⁊ articuli:
cui⁹ rei argumētū tale hēri pōt: q̄dā sūt q in diuersis locis ⁊
⁊ diuersis horis sentiūt dolorē ⁊ aggrauationē oium mē/
brorum sine cā notabili ⁊ manifesta. vñ cogunt̄ fricare stōm
fortiter. Et si exinde ꝓuocantur due aut tres eructuatiōes
soluitur ille oīs dolor. ℭ Facit aūt stōus iuuamentū cōe

De iuua/
mentis sto/
maci.

toti. Inqt. n. Gal. loco ꝑdicto. stōus hꝫ ṽtutē per q̄z attra/
hit: qḋ sibi ↄuēit. sup. ⁊ totū: ⁊ hꝫ aliā ṽtutē per q̄z retinet
illud: qḋ ꝑuenit ad ipsum: ⁊ aliam per quā eijcit a se super
fluitatē: ⁊ hꝫ ṽtutē añcedentē istas oēs non quidem tpe sꝫ
dignitate: ⁊ ꝑma intentione nāe. s. virtutem alteratiuā pp
quā indiget stomacus illis tribus virtutibus dictis: sꝫ de
his virtutibus dcm̄ est sufficienter in ꝑcedentibus.

De egritu
dinib⁹ stō.
euenit po
tentibus.

ℭ Et stomaco quidē accidere possunt oia genera morborum.
Dixit enim Aui. 13ª tertij. q stomaco accidunt quandoqꝫ
spēs malitie ↄplōnū sexdecim. s. pure: ⁊ cum materia. ⁊ ac/
cidunt ei apata ⁊ vlcera: ⁊ resolutio singularis. Et accidūt
ei raritas texture: ⁊ vehemētia spissitudinis substātie ei⁹: ⁊
⁊ accidunt ei ex egritudinibus creationis. i. in natura crea
ture: sicut sunt que eueniunt a ꝑncipio generationis: vt in
q̄ztitate. ⁊ sit magnus valde aut puus valde. Aut i figura.
vt sit vehementis rotonditatis. ⁊ ex egritudibus aspitatꝭ
⁊ lenitatis: ita vt sit asper vel lubricus. ⁊ ex egritudibus si
tus: ita vt sit situatus vehementer ad exteriora. ⁊ accidit ei
opilo: sicut in meatibus qui sunt ab ēpe vel splene vel cere
bro ad ipm: ⁊ accidunt stō ventositates ⁊ inflatio. ⁊ acci/
dunt ei nocumēta in opibus eius ⁊ dolores. ⁊ sunt egritu
dines eius: aut circa meatū supiorē: aut circa inferiorem
aut circa substantiā eius. ℭ Dixit Hal. passio que in stō na
scitur: aut nascit̄ in ore eius: aut in fundamēto: ⁊ est aut ex
mala cōplōne: aut ex mala cōpōne: aut apate: aut iuncture
sepatiōe. ⁊ passiōes oris stōi ꝓꝑe. dixit ipse sunt corruptio
appetitus: appetitus caninus: bolismus: ablatio appeti/
tus: dolor ꝑcordiorum: sitis ⁊ natatio cibi i ore stōi. Passiōes
vo fūdi stōi ꝓꝑe sūt mala digō: sitis: dyarria: lienteria: vomi/
tus: singultus: inflatio: eructuatio: ⁊ sanguis ⁊ lactis coa/
gulatio. sup. ⁊ similes his. Apa vo ⁊ vlcus: ⁊ similia sunt
passiones cōes tam ori eius q̄z fundo. ℭ Dixit Gal. ⁊ scri/
bit̄ ꝑmo ↄtin. quidā patiuntur ex ore stōi sincopim spa/
mū dormitionē ꝓfundā eplīam meliā: ⁊ visum imagina/
bilē. Et qdā qn̄ ieiunabat: aut indignabat̄ patiebat̄ angu
stiā: aut eplīam. Et exinde ꝑcepi q os stōi eius patiebatur
pp huores colericos: ⁊ dixit: ⁊ vidi aliū patiētē spasmū: ⁊ cū
vomit⁹ sequutus ē colere prassine viridis ad mo^m viridis
eris ↄualuit. Et vidi aliū patientē spasmū epilēticū ex ore
stōi cū patiebat̄ fastidiū cibi: aut in potu sumebat vinū nō
limphatū: aut coibat multū in tpe nō ↄgruo. Et vidi aliū
patientē dormitionē ꝓfundā ex sumptiōe ciborum multis: ⁊
non cessauit passio donec p vomitum ipꝫ emisit. ℭ Dixit
Hal. passio que in ore stōi fit molestissima fit: ⁊ aliqñ mor/
tificat̄ pp cordis vicinitatē ⁊ cerebri cōitatē ⁊ societatem.
ℭ Dixit. A. in ca° significationū dispōnū stōi. plēs egritudinū
stōi sunt fride. Et dixit in ca° egritudinū stōi: ex egritudi/
bus stōi sunt q̄dā q cōmouent̄ in calore vehemēti. s. aeris
⁊ fortasse ēt apud approximationē rei vehemēns calitatꝭ pp
duas cās. s. aut ꝓpterea q calor adiuuat eū in attractione
malarum māerum ad ipm. Aut qr adiuuat calitatē stōi. i. nālem
ad resoluēdū. i. alterādū mām i ipso ↄtētā malo adiutorio
nō nāli resoluēte. i. alterāte ipsam ad formā. i. q̄litatē non
nālē. sup. Et q̄dā ēt excitant̄ tpe magni frigoris. Et sūt q̄/
dā egritudinū stōi q accidūt piodice de anno in āñū vel de
mēse in mēsem: ⁊ p āpli⁹: aut minus tps. Et dixit q̄dā ser/
uāt ordinē i piodis suis: ⁊ q̄dā nō. ℭ Dixit Mūdin⁹ stōi
passiōes valde sinthomatice sꝫ afferētes dolores maxios ⁊
ↄfectiōes cordiātas: ⁊ iqetudies ⁊ aliorum mēbrorum lāgores.
⁊ constat q pulsū ꝑmutāt qꝫqꝫ ad summā debilitatē ⁊ puitatē.

ℭ Et

¶ Est aũt vt egritudinũ stõi alie sint ei ppríe ⁊ p cãm ĩ ipso alie insunt ei p cõitatẽ ad alia mẽbra. stõus.n. plim mẽbroꝝ cõpatit passiõib⁹ maxie pncipaliũ ⁊ nobiliũ. ¶ Dixit. A. 13⁹ tertij. ca° de egritudinib⁹ stõi. passiões stõi qñ ꝓlongãtur pducũt ad raritatẽ texture villoꝝ eius: ⁊ fit tũc difficile succurrere ei ⁊ medicari. Et in his vbis reddidit medicuꝫ attentũ: vt sollicite agat curationẽ egritudinũ stõi ne ꝓlongent. Et dixit stõus vehemẽtis sensus est parat⁹ ledi: ⁊ ipe diri a qlꝫ cã ẽt pua. ¶ Dixit. G. cũ stõus fuerit vehemẽtis sensus cõicabit ei cerebrũ. vñ tremor erit in corpe ⁊ cõmotio spasmi. ¶ Dixit. A. stõus laxe texture. rare subs. lubrilis carnis a quacunq cã fuerit siue ex creatiõe siue pp egritudines siue pp regĩs malitiã pducit patientẽ ad debilitatem in oibus opõnib⁹ suis: ⁊ est necẽũ vt caret cũ labore.

¶ De rebus a quibus sumitur significatio super dispositiones stomaci in generali. Cap. ij.



Decem ⁊ septẽ ponunt ab auctorib⁹ sore res a qbus sigñatio sumit super dispõnes stõi nãles ⁊ innãles. Nõ qꝛ horum oium sigñones regrant in cognitiõe vniuscuiusq dispõnũ stõi: sꝫ sufficiũt qdã in qbusdã. ¶ Et pma qdẽ harꝫ reꝝ est ipsius ṽtus nãlis quadruplex ministrãs: ⁊ ei⁹ opatio. s. stõi attractio: retẽtio: digõ: ⁊ expulsio. Uerũtñ in gñatiõe: ⁊ iudicio sigñationis harũ opõnuꝫ ad hoc vt non cadat error in iudicio per eas: opꝫ psupponere ne supueniat stõ res de foris ipediens dictas ṽtutes a pficiendo opationes earũ. Naꝫ error deforis aduenĩens prohibet certitudinẽ sigñationis earum. sicut ⁊ qñ error non pcesserit erit earum sigñatio certa.

¶ Scđa res est virtus stomaci appetitiua. ⁊ ipsius opatio. In certificatiõe tñ iudicij significatiõis isti⁹ opꝫ vt nõ augeatur appetitus gulositate: neq retrahatur ex dispositiõe animi: sicut in multis religiosis euenit.

¶ Tertia res est tolerãtia assumptiõis cibi ⁊ pot⁹ in qñtitate ipsoꝝ ⁊ ipsi⁹ tolerãtia. Cũ eniꝫ stõus tolerat absq lesiõe ⁊ grauamine qñtitatẽ ciboꝝ ⁊ potuũ sibi ꝯsuetaꝫ: tũc ṽtus ei⁹ est pmanẽs in dispõne sua nãli. Si ṽo nõ tolerat absq nocumento qñtitatẽ ciboꝝ ⁊ potuũ ꝯsuetã: tunc ṽtus eius debilitata est pp qñtitatem cãrũ debilitantiũ. Et cognoscit qñtitas debilitatis ex qñtitate recessus a tolerãtia solite qñtitatis. ¶ De dictis trib⁹ rebus. dixit. A. res ex qb⁹ significantur dispõnes stomaci sunt ex dispõnibus cibi in hoc qꝫ tolerat eum: ⁊ pnatur tolerãtia ei⁹. Et ex hoc qꝫ digerit ipm. Et ex hoc qꝫ expellit ipsum. sup. ⁊ ex hoc qꝫ retinet ipm: ⁊ ex hoc qꝫ appetit cibum ⁊ potum.

¶ Quarta res est ṽtus sensitiua ipsi⁹ in hꝫ qꝫ sit acuti sensus: ⁊ sentiat mordicationẽ ex reb⁹ bibitis ⁊ comestis hñtibus acuitatẽ ⁊ acrimoniã. Aut sit sensus hebetꝫ ⁊ nõ sẽtiat illã.

¶ Quinta res est tactus supra stomacũ: in hoc qꝫ inuenit manus tangentis supra ipsum de caliditate vel frigiditate: ariditate vel lenitate stomaci carnositate vel grauitate duritie vel mollitie ⁊ tractabilitate.

¶ Sexta res est pceptio quã eger per seipsuꝫ cõprehẽdit de grauitate ⁊ leuitate stõaci ⁊ ptiũ circũstantiũ flexibilitate: ⁊ inflexibilitate caliditate: frigiditate exiccatiõe ⁊ humectatione ipsius: ⁊ ipsarũ dictarũ partium.

¶ Septima res est exiens in vomitu ⁊ egõne: verũtñ vomitus est res magis significans supra ipsum qꝫ egestio: ppter illud qđ in vomitu ex stomaco egreditur.

¶ Octaua res est vẽtositas egrediẽs p iferius cũ sonitu: vel sine sonitu vel desup in eructuatiẽe: cũ suis spẽbus: aut vẽtositas intus retenta rugitum faciens.

¶ Nona res est sputum ⁊ saliua significãs sua multitudine: ⁊ paucitate subtilitate ⁊ grossitie. viscositate ⁊ fluxibilitate sapore: ⁊ hora exitus eius.

¶ Decima res est dispõ repta in ore lingua palato ⁊ labijs ex sapore odore colore saltu lenitate aspitate exiccatiõe vel humectatiõe ipsarũ partium oris.

¶ Undecima res est color faciei ⁊ toti⁹ corpis: ipse.n. est vehemẽs significatio sup dispõnẽ stõaci ⁊ epatis.

¶ Duodecima res est vrina. ipsa.n. qꝫuis non significet immediate sup dispõnẽ stõaci sigñat tñ mediãte alio. ¶ Dixit. A. ca° de curatione vlñ stõaci. opꝫ vt attẽdas eẽ vrine: ⁊ cũ videris eã icipere rectificari ⁊ tũc ẽt stõus rectificari icipit. Urina.n. cũ fuerit nãlis sigñat pculdubio sanitatẽ stõi. Et cuꝫ fuerit a nãlitate remota nõ sp sigñat malã dispõnẽ stõi: cuꝫ possit extẽsione epatis vel renũ vel alioꝝ mẽbroꝝ eius innaturalitas puenire nulla existẽte in stomaco lesione.

¶ Tertiadecima res est pulsus. ipse eni pmutat in dispõnibus stomaci nãlibus ẽm cibationẽ ⁊ famẽ: ⁊ multo plus in dispõnibus stomaci pter naturãle maxime oris eius pp vicinitatẽ ⁊ cõlitatem quã habet cũ corde.

¶ Quintadecima res est mot⁹ innaturalis stomaci accidẽs ei tremẽdo vel singultãdo.

¶ Quintadecima res est dolor eueniẽs stõaco significãs super dispõnes stomaci ẽm suas species.

¶ Sextadecima res est iuuamẽtũ vel nocumẽtuꝫ sequẽs ad approximata calida vel frida sicca vel hũida euacuãtia vel replẽtia itus vel extra approximata. ¶ Pro cui⁹ rei ṽificatiõe sciendum qꝫ stõ ente in dispõne sua nãli sp sigñatur qꝫ dispõ stomaci est silis rei iuuatiue: ⁊ ꝯria nocenti. Uñ si res calida iuuat vel frigida nocet sigñat qꝫ dispõ stõi est calida ⁊ ꝯsilr in alijs. Sed in dispõne pter nãm sigñatur ꝯrio. sꝫ qꝫ dispõ est ꝯria respectu iuuatiui: ⁊ silis nocitiui: vñ si iuuat res calida vel nocet frida sigñat qꝫ dispõ egritudinalis est frida: ⁊ silr in alijs. Uerũtñ dixit. A. ca° de sigñationib⁹ stõaci. in hac ꝯsideratiõe posset cadere error nisi ꝯsideretur res vna que est: qꝫ res infrigidãtes qñq frãgunt ebullitionẽ hũoris hũidi subtilis aquosi aut salsedinẽ hũoris flãtici. Et extimat qꝫ qꝛ cũ illis puenit iuuamẽtũ: qꝫ illic sit caliditas. i. mã calida. cũ tñ nõ sit ita. Et similr res calefaciẽtes multotiẽs expellunt euãdo humorẽ calidũ: ⁊ pro vel resoluunt eũ. Et extimat qꝫ qꝛ ex eis prouenit iuuamẽtũ qꝫ illic sit friditas. i. humor fridus cũ nõ sit ita. Quapp opꝫ vt ꝯsiderent cũ his reliquie sigñatiões. ¶ Scias hic qꝫ hic error põt cadere in dispõne stõi nãli. In innãli ṽo si res curatiua ꝯtinuet non põt cadere error. sed si nõ ꝯtinuaret posset cadere error. Res eni frida approximata vna vel duabus aut paucis approximationib⁹ p accidẽs vniẽdo calorẽ põt iuuamẽtũ facere in dispõne frida quaꝫ calor inatus vnit⁹ destruit. Si tñ ipsa res frida ꝯtinuaret in dispõne frida nocebit finaliter ⁊ ifrigidabit. Silr ecõuerso res calida aliqñ per accñs nocet in dispõne frida dissoluẽdo hũorẽ frigidũ: ⁊ in vẽtositatẽ ꝯuertẽdo recentẽ. Et faciẽdo hũorꝫ frigidũ colliquatũ ꝯtangẽdo infrigidare ptes quas prius nõ ꝯtangebat. Si tñ res calida in dispõne calida ꝯtinuetur nõ superflue finaliter calefaciẽdo ⁊ resoluẽdo iuuabit: superflue tñ aliqñ ꝯtinuata per accidẽs noceret [illegible] calorem sicut ⁊ res frigida supflue ꝯtinuata per se nocet in dispositione calida inatuꝫ extinguendo calorem.

¶ 17ª res est ꝯsideratio toti⁹ corpis: ⁊ mẽbroꝝ stõ cõicãtiũ: que ꝯsideratio duplr fieri põt. Uno mõ idagãdo si eã dispõnis stõi foret ab illis pp malas dispõnes eoꝝ qb⁹ stõus cõpateret: ab eis ipse recipet cãm ledentẽ: sicut si eẽt cerebruꝫ catarrosũ ⁊ mitteret catarros ad stõm. An si epar eẽt gñatiuũ cole quã mitteret ad stõm. An si splen epolens. i. repletus multa melã mittat ipsaꝫ ad stõm: ⁊ ꝯsilr in alijs membris: ⁊ i toto 2° mõ idagãdo accñtia toti⁹ corpis: vel alicui⁹ mẽbroꝝ stõ cõicãtiũ an pueniat ex stõ. Et in hꝫ ꝯsiderat an ipsa accñtia eueniãt toti vl' ipsis mẽbris p⁹ replõnẽ. s. stõi ex cibo: qm si sic sigñat: aut qꝫ stõus ẽ plen⁹ hũorib⁹ malis: aut qꝫ ẽ debilis: aut qꝫ i ipo ẽ mali⁹ ꝯplõnis. An eueniãt ipsa accñtia i toto vel mẽbris ipsis ẽꝫ ianitionẽ ⁊ vacuitatẽ stõi a cibo: qm si sic sigñat qꝫ stõus recipit colã: aut hũorẽ mordicantem

dicatiuũ aut medicũ aut stãticũ. ꝛ discernit̃ loc⁹ stõi ad quẽ
puenit ille hũoꝛ ꝑ h̃ ꝙ cũ fuerit in oꝛe stõi ꝛ supioꝛib⁹ eius
magnificãt̃ accñtia ipsa. Cũ vͦo fuerit i fũdo nõ magnificã/
tur. ℭ Dixit hal. passiões q̃s patit̃ cerebrũ ex passiõe oris
stõi sunt vigilia alienatio. mali somni ꝛ terribiles. spasm⁹
epĩa stupoꝛ: ꝛ silescvt ꝯgelatio: vertigo: ꝛ soda: imaginatio
ante oculos: ꝛ tinnit⁹. Et accñtia que patit̃ coꝛ pp̃ os stõa/
ci sũt sincopis tremoꝛ cordis malitia pulsus ꝛ siti: ꝛ aliq̃ñ
sequunt̃ destructio ãhelit⁹ difficultas: vel malitia ei⁹ tussis
ꝛ sitis. ℭ Et scias ꝙ cũ oĩb⁹ dictis signis dispõnes stõi sũt
difficilis cognitiõis. Ait. n. G. 5° de iteriorib⁹. ca. 6. dr̃ias
ꝛ diuisiões passionũ stõi nõ possum⁹ intelligere nisi ex solis
ꝑcedẽtib⁹ rebus: ꝛ ex his ẽt nõ pñt sciri nisi ab eo q studio
assum⁹ ẽ in scĩa passionũ: q2 denotatiões eaꝝ q̃ cũ ligua pñt
ꝯferri euenit: vt cũ alijs misceant̃ q̃ verbis nequeũt expli/
cari. quapp̃ opꝫ medicũ eẽ solicitũ ꝛ studiosũ circa cogni/
tionẽ passionũ stõi. Dixit Mũdin⁹ in passiõib⁹ stõi. cauti⁹
inuigilãdũ est: ꝛ circa ei⁹ sintbomata pueniẽdũ. De ipso ẽt
sollicitudo maxie hñda est in oĩb⁹ passiõib⁹ eius intrinsecis
ꝛ extrinsecis acutis ꝛ cronicis: ne acutis molestet̃ ꝛ croni/
cis deficiat. Tu autẽ reducere potes signationes oẽs ꝑdi/
ctas ad tria genera signoꝝ. s. ad genus actionis lese: muta/
te qualitatis: ꝛ mutati exeuntis: per que quomodo disposi
tiones stomaci iudicent̃: ꝛ per que qualis dispositio in se/
quentibus tradetur capitulis.

ℭ De signationib⁹ dispõnũ stõaci nãlis. Cap. iij.

Ognitio nãlis crasis stõaci iudex est
sui: ꝛ ẽt ei⁹ q̃ ꝑter nãꝫ: ea. n.
cognita cognoscit̃ lapsus ꝑter nãm: ꝛ gradus
ipsius. Jõ q3 signa eius ꝑmittẽda sunt.

Signa itaq3 sunt tẽperãtie stõi. ꝛ ei⁹ co
gnitio ẽm Auer. 4° col. est sum/ Signa tẽ/perãtie sto/maci.
pta a suis opõnibus: ꝛo ꝙ stõ tẽpato ꝯuẽit maioꝛ ciboꝝ ꝑs
nisi nimis modũ excedãt nãe: ꝛ nõ accidãt ei accñtia que ac
cidũt stõ distẽpato. ℭ Dixit. A. bõitas digõnis signat bo/
nitatẽ cõplõnis stõi ꝛ equalitatẽ cõplõnis ei⁹. ℭ Et Con.
dixit in li. de stõ. si stõus ꝑfecte digerit scimus: q2 tẽpatã hꝫ
cõplonẽ. Et stõus q ꝑfecte digerit hꝫ necio opõnes alıarũ
ṽtutũ nãliũ bene: ꝛ appetit⁹ eius ꝓportionat̃ digestiõi.
ℭ Jngt. n. Gal. in 1° tegni. optima nã tm̃ appetit q̃ztũ ꝛ di
gerere põt. Appetit⁹. n. est oꝛdinat⁹ in finẽ digõnis: ꝛ ea q̃
sũt ad finẽ ꝓpoꝛtiõata sũt fini in cõplone tẽpata: iõq3 appe/
titiua appetit ẽꝫ finẽ. Et silr ṽtutes nãles agũt ẽm finẽ i ea
ꝛ q2 agũt ad finẽ ꝑficiẽde digõnis: iõ opõnes eaꝝ digestiue
opationi ꝓpoꝛtionant̃. Retẽtiua. n. ṽtus ꝓpoꝛtionẽ suam
seruãs retinet q̃zdiu digestiua digesserit. Et expulsiua ꝯple
ta digõne ilico ad expulsionẽ supflui surgit: ꝛ nõ ꝑuenit ꝛ
tardat. ℭ Dixit Auer. vbi supra appetit⁹ ei⁹ est nãlis cui⁹
nãlitas est appetere silr digõni. Et h̃ est veꝝ cũ appetit⁹ ꝓ/
cesserit ẽm ꝯplonẽ stõi ꝛ exigentiã coꝛpis. Cũ vͦo ꝓcesserit
ẽm lasciuiã ꝛ delectationẽ gust⁹: ꝛ ẽm iperiũ ṽtutis aialis
sic delectãtis: tũc optima nã põt appetere ꝛ sumere plus ꝛ
minus q̃ digõ possit: ꝓꝫ in pueris ꝛ religiosis optime nãe:
nã pueri illi plus cõiter appetũt: ꝛ hõi religiosi min⁹. ℭ Di
xit. G. vt scribit̃ a Rabi. 5° ꝑti. affo. suoꝝ. Cibũ vnctuosũ
ꝛ cibũ dulcẽ saporat tm̃ q est sanus. Egri vͦo sapoꝛãt vni/
uersa cibaria ẽm egritudinẽ suã exceptis his duob⁹. Ut. n.
ipse dixit. sicut 5° scribit̃ ꝯtiñ. debilis ꝛ distẽpat⁹ stõus ap
petit acidũ stipticũ ꝛ salsũ. sup. ꝛ acutũ. s3 Ras. dixit. dico
ꝙ stõus appetit vnctuosũ. Et Aui. dixit. cũ bõitas adest
gust⁹ non eligit appetit⁹ saporẽ supra dulcẽ. Et subdit. cũ
stõus est fortis declinat ad pinguia. s. que sunt tpate dulce/
dinis nõ adiposa. qm̃ pinguia dulcia tẽpate sũt bñ nutritiu/
na. Cũ vͦo declinat appetit⁹ ad aliũ saporẽ ꝛ abhoꝛret illũ
s. pingue dulce. tũc illic est nocumẽtũ. ℭ Dixit. G. 3° de ite
rioꝛib⁹. cũ coꝛpus est sanũ sine macula: ꝛ ꝓpꝛie stõus cui⁹
salius ei⁹ est sine sapoꝛe. Et tolerat stõus tẽperat⁹ q̃ztitatẽ
cibi equalẽ in qualitate ꝛ tẽpoꝛe: ꝛ maxime sibi ꝯsuetã si/
ne lesione ꝛ nocumento: ꝛ grauitate: ꝛ etiã paulo maioꝛẽ:
vel minoꝛẽ. Et reperiunt̃ signa digõnis bone infra dicẽda
oĩa in stomaco tẽperato melioꝛa.

Signa quoq3 cõplonis nãlis calide stõaci reperiũtur
ab auctoꝛib⁹ descripta octo.

ℭ Primũ ẽ. dixit. G. in tegni. digerit meli⁹ q̃ appetat. ꝛ. A. Signa cõ/plexionis ca/lide nãlis/stomaci.
dixit. vincit appetitũ digõ ei⁹ in h̃ vel in bonitate: q2 meli⁹
digerit q̃ appetat. vt dixit. G. vel in q̃ztitate: q2 plã digerit
q̃ appetat in eo. n. appetit⁹ disproportionat̃ digõni in h̃,
q̃ꝺ est min⁹ appetere q̃ possit digerere. Nã vt supra patuit
caliditas est liquefactiua hũiditatũ ꝑsentiũ ꝛ attractiua re
motaꝝ: q̃re os stõaci replet̃ ipsis q̃bus mollificant̃ villi lõ
gitudinales q sunt instrm̃ ṽtutis attractiue. sopit̃ ẽt sensus
ei⁹ ꝑ eas: ꝛ ꝓhibet̃ suctio venarũ de substãtifica hũiditate
ipsius. Et sic de ꝑ accñs est cã debilitatis appetit⁹. Uñ di/
xit Auer. 4° colli3. suus appetit⁹ est diminut⁹ ꝑ se aut cali/
ditas est fortis alterationis ꝛ digõnis. ℭ Scias tñ ꝙ stõus
calidus nõ est faciẽs bonã digõnẽ absolute: q2 hꝫ formã: s3
est hñ colliquatiu⁹ cibarioꝝ: pp̃ q̃ꝺ melius digerit cibaria
grossa q̃ subtilia: ꝛ imo subtilia in stõ multũ calido dissipã/
tur ꝛ ꝯuertunt̃ ad fumosũ: sicut sicca ligna supra multũ
ignẽ: cõperatiue tñ ad stomacũ frigidũ calidus meli⁹ dige/
rit: ꝛ ẽm formã digõnis sicut apparet.

ℭ 2ᵐ signũ est positũ a Gal. i tegni: cũ dixit. digerit q̃dẽ que/
cunq3 dure nãe: ꝛ difficile mutabilia. Et coꝛrũpunt̃ in eo fa
cile mutabilia: ꝛ Auer. d. in stõ calõ subtiles cibi ꝯuertun
tur in fumũ. Et eadẽ grossi ꝯueniũt. ℭ Dixit. A. bene dige
rit cibaria fortia. s. ad resistendũ digõni sicut carnes vacci/
nas: ꝛ anserinas. ꝛ coꝛrũpunt̃ in ipso cibi subtiles leues. i.
facilis digõnis. sicut caro pulloꝝ ꝛ lac. Calidũ. n. intensũ
est bene ꝓpoꝛtionatũ ad mãni grossam: ꝛ male ad subtilẽ:
ideo stõus calidus bñ digerit cibaria dure mutabilia. siue
sint talia rõne subẽ: q2 grossa ꝛ dura: siue ratiõe qualitatis:
quia frigida ꝛ sicca: siue q̃ztitatis quia multa.

ℭ 3ᵐ signũ est. dixit. G. ibidẽ. stõus calidus calidis gaudet
cibis ꝛ potib⁹: ꝛ. A. dixit. recipit. i. appetit cibos calidos
melius siue sint calidi actu siue potentia. ꝛ idẽ intellexit de
potibus: maxime tñ potu permixtio.

ℭ 4ᵐ signũ dixit. G. ꝙ q̃uis cibis gaudeat ꝛ potib⁹ calidis,
ledit̃ tñ ab ipsis imoderate vtẽs eis. Et silr ledit̃ calidis ei
ab extra approximatis: ꝛ h̃ siue talis imoderãtia fit rõne q̃/
litatis. vt q2 fit inteñoꝛis gradus: siue q̃ztitatis calidoꝝ ap/
proximatoꝝ: siue rõne tẽpoꝛis lõgitudinis ꝛ durabilitatis
approximationis calidoꝝ: siue numeri. i. freq̃ẽtis appro/
ximationis eoꝝ: q2 omne distẽperatũ siue nãliter siue ac/
cidẽtaliter leditur a suo simili imoderato vsu.

ℭ 5ᵐ signũ dixit. G. ibidẽ. neq3 a fridis nihil nocet̃ ẽm mo/
deratũ vsũ: ꝛ q moderat⁹ vsus attẽdit̃ in q̃ztitate ꝛ q̃litate
fridoꝝ tp̃e ꝛ nũero approximatiõis eoꝝ. Nã moderate ap
proximata frida reducũt stõm calm ṽsus tẽperamẽtũ.

ℭ 6ᵐ signũ. dixit Alm. li. 2° sitit multũ: q2 caliditas illa multũ resoluit de humiditate oris stõi roꝛida.

ℭ 7ᵐ signũ. dixit Almã. famẽ tolerare non pñt. statim enĩ
resoluunt̃ si non datur cibus. Et resolutus trahit ab alijs
mẽbꝛis materias malas maxime colericas. ꝓpter quod di/
xit Alman. ꝙ ex fame accidit habẽtibus stomacũ calidũ
doloꝛ capitis: ꝛ vertigo ꝓpter fumos malos ab illis mal'e
materijs ad caput eleuatos: ꝛ eo ꝙ stõaci caliditas illas ma/
terias ebullire facit.

ℭ 8ᵐ signũ dixit Almã. dñs eius irascibilis ꝛ acutus. i. subi
tus est ꝓpter ebullitionẽ factã in sanguine a caliditate sto/
maci vicina coꝛdi. Et maxime acuit̃ ira eius tẽpoꝛe famis:
q2 tunc colera attracta moꝛdicat eum. vnde reddit̃ instabi
lis iracũdus non sufferẽs gesta ꝛ verba alioꝝum.

Signa autem naturalis complexionis stomaci
frigide sex ponuntur.

ℭ Primũ

¶ Primũ dixit. G. in tegni: fridus natura vẽter appetere q̃dez bonus. i. fortis ⁊ multi appetit⁹: non tñ pro corpis vtilitate bon⁹: qm̃ si tali appetitui satisfieret corpus inde dãnuz ꝯsequeret̃: q2 digõ in eo non correspõdet appetitui. Est. eniz dixit Auer. 4° colliget eius appetit⁹ excedẽs. Et Aui. dixit. in appetitu ei⁹ nõ est diminutio. sup. sed augmentuz. Nã frigiditas nãlem stomaci hũiditatẽ exprimẽdo ipsum inanit vltra inanitionem quã in eo faciant venarũ ora sugẽtia: vñ maiorẽ necessitatẽ restauratiõis ponit. Addit etiam frigiditas inaniẽdo in ꝯfractionẽ partiũ: ⁊ sic in sensuz: vñ vehemens consurgit appetitus.

¶ 2ᵐ signũ. dixit Gal. stomac⁹ frigidus est digerere malus. ꝑpter quod dixit Auer. cõueniũt ei cibaria subtilia: grossa vero in acetositatem conuertit.

¶ Dixit. A. in digõne eius est diminutio: q2 non digerit nisi subtilia ⁊ leuia cibaria. grossa võ cõmutare nõ põt: naz ad bonã digõnem ciboꝝ grossoꝝ multa exigit̃ caliditas: vt sit ꝓportionata resistẽtie transmutatiõis ipsoꝝ.

¶ 3ᵐ signũ huius venter est acide eructuans. Et seq̃tur ad hoc scõm signũ. Nã eructuatio. vt infra suo patebit caplõ. causatur a diminuto calido: quale est calidum stomaci nãliter frigidi. Et ista eructuatio acetosa quãdo dñs stomaci naturaliter frigidi cibis difficile mutabilibus vescit̃: prouenit qui non suo ꝓportionantur calori.

¶ 4ᵐ signum. dixit. G. cibis ⁊ potibus gaudet frigidis. Unñ d. A. q̃ cibos frigide cõplexionis melius recipit: non quia ille melioretur: sed quia cum maiori auiditate illos appetit ⁊ recipit: quia eis conseruatur.

¶ 5ᵐ signũ. dixit. G. calidis nõ ledit̃ tẽpato vsu. sup. sꝫ iuuatur: q2 p ea reducit̃ ad tẽpamentũ. hoc qdẽ signũ dedit. G. itel ligi p id qd̃ dixit: ꝯsilr in stõ calo: sicut ẽt itelligi dedit q̃ sicut stõus calidus q̃uis letet̃ cibis ⁊ potib⁹ calidis: ab ipsis tñ ledit̃ imoderato vsu. Ita ⁊ frigidus q̃uis fridis gaudeat: ledit̃ tñ imoderate vtens eis. vt ẽt dixit Almã.

¶ 6ᵐ signũ. d. G. silr ex frigidis extrinsecis ei occurrẽtibus nõ fert diuturnã dispõnez siue approximationẽ. i. sine lesione: sicut neq3 etiã calidus sine lesione nõ fert calidoꝝ approximationẽ longã. Q̃uãuis tñ stõus fridus ⁊ calidus ledat̃ a similib⁹ imoderato vsu. nõ tñ eis equalr ledunt̃. Supposita nãq3 eq̃litate lapsus plus ledit̃ stõus fridus a frigidis q̃ calidus a calidis: q2 caliditas est magis amica nãe q̃ frigiditas: friditas võ magis inimica: q2 opponit̃ calido nãli: ⁊ inq̃tuz calidũ est: ⁊ inq̃tuz nãle est. Non aũt sic est de caliditate: que non opponit̃ ei nisi inq̃tum naturale est.

Naturalis võ cõplonis stõaci sicci signa ponũtur septẽ. ¶ Priᵐ ẽ. dixit. G. i tegni. q̃ dñi huius cõplõnis velociter sitiẽtes fiũt: q2 a parua cã iducente sitiunt: ⁊ a magna ẽt puo agente tpe: q2 pauca exñs ei⁹ humiditas rorida: ⁊ facilis resolõnis cito a q̃cunq3 cã ꝯsumitur. Unñ. d. A. q̃ in eis sitis multiplicat̃ in ꝯsuetudine. i. frequẽter sitiũt. ac si ex ꝯsuetudine frequẽter bibere habeant. Unñ ⁊ Auer. dixit. stõus siccus cognoscit̃ p multã sitim.

¶ Scõm signũ dixit. G. ⁊ Auer. q2 eis paru⁹ sufficit pot⁹: ⁊ iõ dixit. A. q̃ ꝯtentus remanet in pauca pot⁹ q̃titate: q2 sua discrasia a parua cã inducta vel paruo agẽte tpe cito a suo ꝯrio tollit̃: ⁊ cito ad suam redit nãlem dispõnem. puo igit̃ ꝯtentus est potu: q2 sufficiẽs est illam puã malã discrasiam remouere: ⁊ ipse vlteriori potu nõ gaudet: q2 statiz q̃ redit ad dispõnem nãlem appetit sicca non humida.

¶ Tertiũ. n. signũ est vt dixit. G. q̃ grauant̃ ampliori potu: q2 dixit Auer. qñ nimiũ recipit potũ fiũt in eo fluctuationes: ⁊. A. dixit. q̃ aduenit ei nausea ex q̃titate nimia pot⁹: q2 fluctuat in eo: ⁊ ascendit in fluctu ad supiora stõaci: vñ nauseat. Omni tñ stõ accidit q̃ ampliori grauet̃ potu: ⁊ q̃ in eo fluctuet: sꝫ hoc p ampli⁹ accĩt stõ sicco: ipse. n. plus grauat̃ sub q̃titate pot⁹ sũpta q̃ alij grauent̃ ex eadẽ. ⁊ maxie grauat̃ q̃titate potus. q̃ stõus hũidus nõ grauaret̃: ⁊ nõ ẽ hoc: q2 ãplior põt⁹ ei nocet: ãĩmo ei iuuatiuũ existeret redu cẽdo ipm vsus tẽpamẽtũ: sꝫ grauat̃ eo q̃ moleste fert ipsũ: q2 est ꝯ suũ appetitũ nãlẽ q est ad sicca. Et hoc de cã nõ amplectit̃ neq3 circũdat ipm: quare fluctuat ⁊ supnatat: quare nauseat: ⁊ aliquãdo euomit potum illum.

¶ Quartũ signũ dixit. G. q̃ cibis gaudet sicciorib⁹. Dixit. A. est recipiẽs cibos plñe siccitatis meli⁹. gaudet. n. assis subfrixis: q2 ab eis ꝯseruat̃: ⁊ contristat̃ elixis ⁊ hũidis: q2 ab eis ducitur extra naturam suam.

¶ Quintũ signũ est: q̃ q̃uis hũidis tristet̃: ab eis tñ nõ leditur moderato vsu: sed reducit̃ vsus tẽpamẽtũ: sicut q̃uis auide sicca recipiat ab eis tñ ledit̃ imoderate vtens eis.

¶ Et hoc ponitur pro sexto signo. Et cã eius est similis ei q̃ posita est in stomaco calido in simili signo.

¶ Septimum signũ. dixit Alman. egestio sicca erit. Et hoc ꝑpter supfluuz vsum siccoꝝ ⁊ molestiã humidoꝝ: ⁊ q2 cõplexionalis siccitas est cã exiccationis.

Naturalis vero complexionis stomaci humide signa sunt septem.

¶ Primũ ẽ. dixit. G. i tegni: q̃ ñ sitiẽtes fiũt talẽ stõz hñtes. Cognoscit̃. n. hũidus stõus. dixit Auer. a pauca siti. ⁊. A. dixit. sitis ei⁹ est pauca. nõ. n. exiccat̃ facilr talis stõus i suo hũido rorido: ⁊ nõ nisi a magna cã cũ hẽat de ipso copiã.

¶ Scõz signũ ẽ: dixit. G. ãpliorẽ hũiditatẽ. i. potũ vl ẽt vsũ brodialiũ ⁊ alioꝝ hũidoꝝ humectantiũ nõ moleste ferũt. imo dixit Auer. hic stõus appetit hũida. dixit. A. q̃uis sitis sit pauca sunt cũ tolerãtia pot⁹ plñi: q2 plm potũ appetunt.

¶ Et ex hoc seq̃tur tertiũ signũ: ⁊ est q̃ multo potu. dix. A. est ei securitas a nausea. q2 non moleste. sed auide recipiũt ipsum: cuius auiditate stomach⁹ bene corrugatur ⁊ amplectitur ipsum: quare non fluctuat in eo nec supnatat: quare neq3 nauseam facit neq3 vomitur.

¶ Quartũ signũ est: q̃ q̃uis imoleste recipiat ampliorẽ potuz: ab eo tñ ledit̃ imoderate vtẽs. Et tunc lesus. dixit Al. ducitur: vt nauseaz cito patiat̃ ⁊ vomitum.

¶ Aut erit hec causa intrinseca ex cā instrumēti: vt qz sit in stomaco mala cōplexio sicca simplex vel cuz caliditate aut frigiditate composita.

¶ Aut ex parte subiecti: vt qz sit stomac⁹ corrugat⁹ asper in tunicis suis: aut non sit in eo vētositas subleuās cibum ad superiora: aut sit in fundo ei⁹: & etiaz intestinis superiorib⁹ opilatio ex humorib⁹ malis: aut apate aut vermib⁹ & similibus. Aut cā eius est extrinseca. Et est vel esse pōt aer intense frigiditatis mortificātis: aut itense siccitatis: aut multe caliditatis desiccantis humiditatē cibi & stomaci. Et tristitia & mordicatio mita in alijs negocijs. Et quies multa post assumptū cibum & maxime membroꝝ inferiorū: & superiorū fricatio fortis. Et ipsorū cōpressio vel ligatio dolorosa: & vētosaꝝ in eis appositio. Et sessio siue situatio corporis incuruatis mēbris superiorib⁹ sicut scriptores & sutores faciunt. Et balneuz stipticū. Et somn⁹ imediate post cibū factus. Et accubit⁹ super sinistro latere pcipue in fine digōnis & ea cōpleta. Et omnis accubit⁹ superiorib⁹ membris depressis & inferiorib⁹ subleuatis. Et cibus stipticus vel cum stipticis permixt⁹: et maxime ante alios cibos premissus. Et similiter potus stiptic⁹: & aqua etiā ferrea. Et cibus etiā siccus actu & potētia aut artificio & assa & frixa. & retentio secuz ventositatis. Et omnis medicina sicca stiptica int⁹ sumpta vel extra approximata. ¶ Dixit Gal. tertio de virtutib⁹ naturalib⁹: & ponitur ab Aui. sic. Non est sicut extimauerūt quidam q omnis causa in retentione cibi est strictura meatus inferioris stomaci. Nā si esset illud nō esset possibilis exitus denarij & aurei deglutitorū. Et vinū & lac nō coagulatū non remanerēt in stomaco. Et ambo. s. vinū & lac nō natarent in stomaco & facerent rugitū & inflationem in stomaco debili. Et Ipoc. qdem in scdo afforis. eorum que nutriunt copiose &c. dedit intelligi afforis. aliū huic oppositum qui est q eorum que nutriuntur pauce & tarde tardi secessus fiunt.

Signa tam generis q̄z specierū & causarum nota sunt ex pcedentibus. Dixit Aui. significat remanētiam longam cibi in stomaco preter hoc q digeratur imutatio saporis eius in ore & in eructuatione. Nam retentio cibi in stomaco non est nisi propter tarditatem digestionis vsquequo digeratur.

Cura tarditatis descensus cibi de stomaco pficitur dieta & potione. Nocent autem in ea generaliter omnia fortificātia virtutez retentiuam & stomacuz siccum & asperum facientia. Et pileton constringētia & opilātia. Et quecūq̄z sunt expulsiuam debilitātia virtutē aut animalē obtundentia senssiturā siue cibi sint siue medicine siue alia quecūq̄z ex sex rebus nō naturalibus numerata supra in causis. Specialiter autez de cibis nocētibus est panis de simila: maxime sine sale confectus: & precipue si fuerit dipirus siue azimus. Et lentes excorticate siue biscocte prima aqua proiecta: ac etiam cocte in aceto. Et tri. & omnia cibaria de pasta sumpta in

quantitate

Quanto tēpore remanet cibus in stō.

Cā ex pte virtutis.

Cā ex pte instrumēti.

Causa ex pte stō.

Nocumēta ex pte ciborum cure tarditatis descensus cibi.

quātitate qua stiptricent ⁊ non grauent. Et rizum similr ⁊ amidū milium ⁊ panicum ⁊ panis ex eis ɔfectus. Et caro siluestriū quadrupedū: sed maxime auium ⁊ ꝓprie turturū ⁊ auicularū paruaꝝ: ⁊ maxime asse vel frixe: aut in testulis aut pastello parate mirtito ribesia: aut romania: aut alio stiptico succo condite. Et oua dura. Caseus ⁊ coagulatū lac. Et ex olerib⁹ caules bis aut multū cocti anagalicus plātago portulaca acetosa menta ⁊ similia. Et ex fructibus citonia pira nespilla sorba corna castanee agresta ⁊ similia: ⁊ vinum rubeū ⁊ aqua ferrea. Et ex medicinis ꝓprie coriādrū ⁊ mastix: ⁊ omnis narcotica medicina.

Juuātia ex parte dure.

¶ Juuantia autē sunt aer calidus ⁊ humidus grossus australis. Gaudiū moderatū motus leuis ⁊ deambulatio moderata post cibū. Et fricatio inferiorū cum quiete superiorum. Et balneū aque dulcis tepide. Et somnus post mitē deambulationē post cibum ad horam vel vsqꝫ ad duas horas factus. Et accubitus super dextro in fine digestionis ⁊ ea cōpleta. Subleuatio superiorū membrorū ⁊ inferiorum inclinatio. Et cibi lubrici vel virtutē solutiuam habētes p se vel aliorū permixtione: ⁊ ipsorū ante alios cibos premissio. Et stipticorū in fine mense sumptio. Et egestionis ⁊ vētositatis expulsio. Et spāliter confert panis salitus furfureus siue de tota farina. Et dixit Auicē. in caplo debilitatis stomaci: sit panis eorū plurimum habens fermenti. Et carnes pingues ⁊ proprie quadrupedū domesticorū: oua sorbilia ⁊ lac recēter mulsum. Et brodiū pingue gallorū ⁊ gallinarū veterum. Et fructus lubrici sicut cerasa pruna mora matura: ficus ⁊ vue bene mature: ⁊ precipue albe. Et ex olerib⁹ spinachia attriplex malua blitis bletones mercurialis volubilis ⁊ similes. Et brodium cauliū semicoctorum ⁊ teneritas lupulorū. Parētur cibaria clixa ⁊ cum predictis olerib⁹ ⁊ sale multo. Et permisceat̄ cibus largo potu. Et potus sit vinū album ad dulcedinē decliue mediocriter adaquatū cū aqua fontium aut puteorū. Et sumantur cibi ⁊ potus actu frigidi: post quos in fine mense sumātur aliqua de stipticis cōprimētibus. ¶ Pro p̄dictis dixit Auicē. ex cura illius est somn⁹ super dextro. s. in principio eius: ⁊ in fine vt dictū est. hic enim adiuuat ad hoc vt velociter descendat cibus. Continu⁹ autē accubitus super dextro faceret aliquādo oppositū retardādo digestionē in habentib⁹ virtutes nāles sanas. In egris autē posset esse causa citi descensus: sed tunc descēderet cibus indigest⁹. Et dixit Auicen. iuuat eos deambulatio subtilis. i. suauis pauca ⁊ paulatine facta: ⁊ fricatio pedum ⁊ cōfractio vētositatis. si quādo est multa subleuās cibū: aut esset ipediens ⁊ retardans digestionē: pauca autem vētositas iuuat expulsiuā.

¶ Et de conuenientib⁹ sunt vua passa ante cibū cum pipere sumpta. Nā flegma de stomaco soluit ⁊ cibū descēdere facit. Et carice pingues similiter cū pipere vel zenzi. sumpte faciunt. Et cappares conditi non loti ante cibum sumpti. Et oliue similiter condite. Et zuccarū rubeum. Et mel ros. Et lupini dulcorati.

Potio vero quatuor implet intētionibus: quarum prima vertitur ad lubricā faciēdum substantiā stomaci remouēdo ab eo asperitatē. secunda respicit humorem peccantem si affuerit ⁊ aperit opilationes. tertia virtutem adiuuat expulsiuā. Et quarta corrigit accidentia.

¶ Primā cōplent medicine humectatiue ⁊ lenitiue lubricā reddentē intrinsecā stomaci superficiē cum applanatione eius ab intus ⁊ ab extra approximate. Ab intra quidē sicut cum administratiōe mucillaginis ⁊ aliarum rerū lenientiū ⁊ ꝓprie cum electuario psillitico: aut dyaprunis sine dyagridio: aut cū cassia fistulata: aut cum cathari. ⁊ māna: aut zuccaro viol. aut iulep viol. ⁊ similib⁹: ⁊ precipue cum sumunt̄ in p̄ncipio mense vel parum ante. Ab extra vero cū inunctione facta super fundo stōaci ex butyro veteri ⁊ pinguedine pulli antiqua ⁊ mucillagine psilij ⁊ altee ⁊ similibus actu tepidis: aut cū suppositione emplastri mollificantis vel fomētatione cū aqua tepida decoctionis mollitiuorū: hec enī remouēdo a stomaco corrugationem ⁊ asperitatem deijciunt retentiuam.

¶ Secūda autē intentio cōpletur humorē digerendo ⁊ euacuādo ſm q̄ ei conuenit. Et humor hic ſm plurimū est flegmaticus obtundēs sensum stomaci: non tñ tante quātitatis q̄ lubricā reddat superficiē stomaci: ⁊ fiat eius euacuatio absqꝫ cōpressiuis. Et cōpletur cum aptione intestinorū: sicut in ileos dicet̄ ⁊ cum apertiōe pori fellei: vt possit colera transire ad fundum stomaci ⁊ intestina: sicut in ictericia dicetur.

¶ Tertiam cōplent calida ⁊ humida que fortificāt expulsiuā que iuuant̄ interdū cum sūptione per interualla acuti amari ⁊ salsi in p̄ncipio mense vel saltim post cibū lubricū. Et inter ea sinapis ⁊ cepe obtinent p̄rogatiuā. Et dixit. A. ca. de pipere q̄ piper longū sumptum valet ad hoc.

¶ Quarta vero intētio cōpletur cum his que in illorū accidētium dicuntur capitulis.

¶ De velocitate descensus cibi. Cap. xlv.



Velocitas descensus cibi ex stomaco est ipsius egressio ab eo ante ipsi⁹ digestionē siue ante tēpus requisitū ad ipsius digestionē ſm naturā sui in corpe temperato. Si ergo egredit̄ digestus ante tempus ɔueniens digestioni eius in corpore tēperato tunc accidit ꝓpter fortitudinē virtutis digestiue cū calore multo ⁊ spirituoso cui obtēperatum retentiua ⁊ expulsiua: ita q̄ statim q̄ cibus est digest⁹ retentiua statim desinit ab actiōe sua. Et expulsiua statim insurgit ⁊ expellit: ⁊ ista velocitas est sanitas nō egritudo. Nā ipsa ꝓcedit ſm proportionem virtutū naturaliū adinuicem: ita q̄ sicut Auic. dixit. quotiēs festinat digestio festinat descensus cibi. ¶ Cōsideratur etiā: ista velocitas descensus cū idem cibus hodie assumptus ꝓpter aliquam causarū facientiū ad digestionem digerit̄ ante tēpus: in quo cōsueuit digeri alijs vicibus. Et sicut digestus est ante tēpus: illud similiter ante consuetū tempus descendit. Accidit autē hoc plurimū robustis corporibus: ⁊ his qui bene ꝓuident digestioni. Dixit Ipocra. secundo afforis. eorum qui nutriunt̄ copiose ⁊ velociter veloces secessus fiunt. Cum vero cibus egreditur de stomaco indigestus ante tempus requisitum sue digestioni: tunc hec velocitas est egritudo: ⁊ perducit ad egritudines ad quas perducit priuatio digestionis vel ipsius diminutio.

Et causa eius aut est intrinseca aut extrinseca. Et intrinseca quādoqꝫ est ex parte v̄tutis animalis: vt quia fit stomac⁹ multi sensus: aut virtutis naturalis ex debilitate retentiue aut fortitudine expulsiue. ¶ Et quādoqꝫ est ex parte virtutis: vt qa fit in stomaco mala complexio: ⁊ precipue humida. Et siue ipsa mala cōplexio sit pura siue cum materia acuta mordicatiua aut salsa vel acetosa: Aut sit materia lubrica viscosa: lubricā faciens stomaci superficiē. ¶ Et quandoqꝫ est ex parte subiecti. s. stomaci: vt quia sit leuis mollificat⁹ lubricus aut patiatur vlcera: vel bothor: ⁊ similia. ¶ Dixit Gal'. tertio de accidēti. Si cibarium de stomaco descēderit velociter: spatiū strictionis stomaci super ipsum erit modicum. Et dixit in libro de malitia anhelit⁹: velox egressio cibarij de stomaco si pauca fuerit mora eius vel nulla significat q̄ calor naturalis extinctus est omnino. Et Auicen. dixit in capitulo debilitatis stomaci. quādoqꝫ est causa velocis descensus cibi propter suam infusionem lubricantem. i. ꝓpter imbibitionem humiditatis fluide in porositatibus stomaci lubricare facientem cibum: sicut contingit in secunda specie raritatis stōaci superius suo capitulo dicta. Et dixit. quādo fuerit stōa

tus debilis quez cibus grauat non morabit cibus in ipso nisi parū nō intelligēs de debilitate digestiue tardāte digōnez: qr talis eius debilitas est cā tarditatis descēsus cibi: sz de debilitate corrūpēte digōnez: hec.n. est cā velocitatis descensus cibi. ¶ Cā vō extrinseca velocitatis descensus cibi est: sicut aeris frigiditas fortis obuiās corpori: z faciēs cōprimēdo cibum descēdere. Et sicut timor magnus subito superueniens cibato. Et sicut labor multus vel fortis z laboriosus motus supra cibū sumptū. Et sicut fricatio vel dolorosa ligatio inferiorꝫ post cibuz vel ventosarꝫ sub vmbilico appositio: vel balnei mollificātis ingressus: vel in ipso sessio. Et sicut conatus multus ad emittenduz egōnem: ventositatē vel vrinā. Et sicut lōgus accubitus sup dextro latere maxime vigiliarꝫ tpe. Et sicut cibus lubric⁹ vel hñs in se solutiuā v̄tutem maxime cū sumit in pncipio mense: vel cibus stiptic⁹ cōpressiuus sūptus in fine mense. z sicut cibus mordicatiu⁹ aut grauis aut facile corruptibilis vel displicibilis: pp hec eniz z silia excitatur v̄tus expulsiua ad expellēdū ante tēpus debitū. ¶ Dixit Gal. 3° de v̄tutibus nālibus: plus tardat descensus nutricationū tenuiū in stomaco debili q̄z grossarꝫ. In stō vero potēti non soluz est velox descensus earum: sed z carnium panis.

Causē extrinsece.

Signa dixit Gal. tertio de accīti. cap. 4°. citā egressionem cibi de stōaco seqtur humida z liqda egestio z paruus eius penetratio: z eius corruptio in intestinis. Egredit eniz egestio īdigesta cum liqditate z sonitu añ tēpus cōsuetuz fm plurimū. Et multiplicat rugitus in ventre. Et corpus totuz attenuat z debilitat. Et in primis qdem añq̄z v̄tus deijciat fortificat appetitus z appetit multuz z frequēter. Et qñq3 puenit res ad appetitū caninum. In processu vero z cū cadit virtus deficit appetitus z peruenit ad bolismuz. ¶ Signa autez causarum habentur ex dictis precedentibus capitulis.

Cura dicta opposita est ei que dicta est in cura tarditatis descensus cibi: quecūq3 eniz in illa dicta sunt iuuatiua esse in ista sunt nocitiua z ecōuerso. Iuuāt eniz in velocitate descēsus cibi aer calidus z siccus nō valde excedens z letitia z occupatio circa ea que fiunt cū quiete: z qes multa z somn⁹. Et accubitus lōgus super sinistro: maxime in fine somni. ¶ Dixit Aui. opz vt dormiāt super cibuz. s. statim vel accubāt super sinistro. z non moueant neq3 exercitent oino. Et stringant extremitates superiores eorū. Et cibi eorū z potus sint stiptici vel stipticis pmixti z alijs pmissi. Dixit Aui. in ca. debilitatis stomaci. fit panis confectus istis ad azimū declinis aliquantulū nō multū ne grauet digestiuā. Et sit panis de simila mūdus sine sale. Et qdam ponunt in pfectione eius masticē ptritum aut sorborū imaturorꝫ siccorū puluerē aut coriādri fm dispēnez variam in caliditate z frigiditate. Et sint carnes ex siluestrib⁹ z pprie auibus bonis pdicibus turturib⁹ z minutis auiculis. Et vinuz sit rubeū ponticū limphatū cum aqua ferrea. Sint autē cibi parati assi vel frixi aut in testulis vel pastillo. Et si fiant elixi decoquantur in decta aqua ferrea. Et condiant cum aromaticis stipticis. ¶ Dixit Auic. opz vt administrent ante cibū aliqua ex stipticis frigidis si fuerit illic mala cōplō calida: aut pmixta cuz calidis si fuerit illic mala complō frigida. Et dixit. Iuuat oui assati vitellus q sit sorbilis z si esset durus dz teri: z ponatur in testa oui cū vno cocleario mellis z duobus danicis masticis contritis: z ponatur sic testa supra cinerē calidū z sine intermissiōe moueantur donec pparata sint z bene cōmixta: z comedantur ante. s. aliuz cibū: z de mane: z fiat hoc tribus dieb⁹. Et habitū est de hoc cibo in pcedentibus auctoritate Ras. ... Et de vilibus est radix anagalici decocta pistata z cū ouis preparata ante alios cibos sumpta.

Potio vero quatuor cōpletur intēcionib⁹: quarū pma aspera lenit z corrugari intrinsecā stomaci supficiez vt fortificet inde v̄tus retētiua ei⁹. scda vertitur ad cās corrigēdo eas. tertia v̄tutem cōfortat retētinā. ¶ Et qrto accidētia corrigit. ¶ Prima cōpletur cum stipticis exiccātibus z corrugātibus subām stomaci z incorpātibus ipm ab intus z ab extra approximatis auferēdo huc que dicta sunt in cura male cōplexionis humide stomaci: z in cura scde spēi raritatis ei⁹. ¶ Secūda vō pficitur cū rectificatione z curatione egritudinū stomaci qb⁹ pueniret velox descensus cibi: maxime lenitatis z lubricitatis ipsi⁹ z vlcerū z bothor eius z humorē a stōaco abijciendo mordicatiuū aut viscosuz lubricare facientem: quō autē z cuz quib⁹ ista cōpleantur dictū est in suis capitulis. ¶ In euone tñ fienda iera est fortis impssionis: qm educit humiditatē ibibitaz in porositatib⁹ stomaci: z pprie si excitatur sicca. i. in puluere. Et medicine qdem que euāt cōprimēdo in hac intētione pueniunt: qm post euonem derelinquūt stipticitatē z corrugationē. Euacuātes vero lubricum faciendo nociue sunt. ¶ Et vomitus iuuatiuus est in hac cura: sicut in cura tarditatis descensus nociuus existit. ¶ Tertia autē intētio q̄uo impleat z q̄uo fortificetur retentiua habituz est ex dictis. ¶ Et quarta impletur cū his que accidentiū superuenientiū curationem faciunt in proprija ipsorum capitulis dicta.

¶ De cura debilitatis v̄tutis discretiue stōi. Cap. xlvj.

Auerrois 3° colliget. dixit. q abonasen inqt q qñ debilitat in stō virt⁹ discretiua necium est vt generent in corpe mali humores: cā est: qr non est facta separatio incōuenietis a puenienti. Unde aliqñ pueniet morfea. Et hoc erit et ppterea q erit debilitata virt⁹ hec in splene: quare nō erit attracta colera nigra ad ipm: sed non manifestauit abonasen per quā complexionē v̄tus ista operet: neq3 qd sit eius instrm: sicut dixit in alijs quatuor. Et h est magn⁹ defectus: qr qñ voluimus remouere accidētia que supueniunt: z si nō cognoscerem⁹ cōplonez qua laborat nō cognoscerem⁹ modos curationis illi⁹: qñ igitur puatur eius opano: aut minuitur pp hoc ex necessitate seqtur debilitas in v̄tute nutritiua quaz hz stōus in seipso: aut ab ea priuat: qr iaz dictuz est: q stomac⁹ nutritur ex chilo aliquo modo nutrimēti: z si nō nutriretur a chilo nō amplecteret ipm. Et qñ debilitatur virtus nutritiua in stōaco seqtur de necessitate in eo egritudo que dicit indigētia stōaci. i. eius siccitas z tabes. Et causa istius dixit Auer. sunt due res. s. aut mala cōplexio frigida z sicca: que īducit senectutē. i. ethicā senectutis. Aut mala cōplō calida z sicca fixa in sbā radicali stōaci que si prolongatur inducit ethicā. i. febrez. Pro signis autē z modo curationis fm dictas causas redeundū est ad capitula ipsarū malarum complexionū stomaci.

¶ De debilitate stomaci. Cap. xlvij.

Debilitas stomaci grece anathumiasis vocat. Dixit Gal. est passio stōaci molestare est debilitas ei⁹ z vocat latine stōacatio. Uerū est tñ q Gal. octauo memir. sicut scribit a Rabi in. 23ª. pticula. dixit. q stomacatio dicit cessatio appetit⁹ cibi absq3 apostemate stomaci. Et in hac egritudine sentit post cibuz grauedo angustia z vstio que non nisi difficulter corpus toleret. Et dixit. similiter stomacatio dicit cum qs habet corpus turbatū post cibum: z spāliter cum vomit⁹ puocatione. Dicitur etiā debilitas stomaci grece aronia stomaci. Et exponit inualitudo imbecillitatis stomaci. ¶ Et Dixit Gale. vbi supra. Quidā homines eos qui sine appetitu sunt vocant stomaticos. Et eos quib⁹ post assumptionem cibi grauatur os stomaci z cōprimitur z quandā anxietatem habent vocant similiter. Et eos quibus superuenit nausea: z pprie si impetū fecerit ad vomitū. Et maxime

Qui dicātur stomatici.

adbuc

adhuc cũ eo q corrumpuntur cibaria. Aliquãdo quidem acida sentia. Aliquando quidẽ grossa.i.fumosa: et aliqñ aliqз qualitatem prauam acgrentia. Et adhuc magis his omnibus illos vocant stomaticos quibuscũqз eructuatio nes cum quadã difficili tolerantia: et fastidio et subuersiõe plene fiunt. Et si nõdũ cibaria sumpserit. Et eos qb° pluri tpe ore ventris pmanent cibaria grauantia: et vix subegre dientia. Et illos ẽt q hñt appetitũ caninũ ita q comedant multũ et grauant᷑ pa᷑ post ad vomẽdũ. Et alios q fortiter exoluuntur qñ multũ ieiunauerint: et si nõ veniũt cito ad cibationẽ mordet᷑ os vẽtris eo᷑. Et qdã nauseosi fiunt si militer si non offerant cito potũ et cibũ. ¶ Dixit Ras. 5°. pti. Patientes q non possunt retinere cibariũ stomaticos vocent. ¶ Dixit A. patientes velocitatem descẽsus cibi q dam antiquo᷑ nominant stomaticos: sed postremo.s. apõ medicos tpis sui hoc nomẽ accidit sup aliud. Nã ipse sto maticos vocauit patientes raritatẽ texture stõi. Et ẽt eos q patiũtur lesionẽ digõnis. Et cap̃ de vomitu vocauit sto maticos habentes contẽtiuã stõi debilẽ: qui cibũ acceptũ ɔtinere non possunt. Et hi sunt quos vulgus stomaticos cõmuniter vocat. Gal. ẽt stomaticos vocauit habentes sto macum inualidũ. ¶ Igitur vt ex predictis patet debilitas stõi põt dici de debilitate oium virtutũ eius simul vel quã rundam ea᷑: seu ẽt alterius earum tñ. ¶ Inquit Mes. pmo de rectificatione medicina᷑. Nomẽ cõe est debilitas stõi: ipm.n. qñqз sumit᷑ p oium virtutũ stõi sil᷑ tam appeti tiue qз nãlium debilitate. Et qñqз sumit᷑ stricte p debili tate alterius seu quarũdã ea᷑ qcunqз sit illa. ¶ Dixit. A. Quecunqз quatuor virtutum stõi debilitatur debilitat sto macum comprehendens sub debilitate attractiue debili tatem virtutis appetitiue. Et quandoqз sumit᷑ strictissime put cadit super virtute digestiua m̃ de qua dixit Aui. de bilitas stomaci est nomen dispõnis stomaci qñ nõ digerit et conturbat ipsum cibus. Et subdit. q hoies loquẽtes de debilitate stomaci iam consueuerunt: vt dicãt illud tantũ super digestiuam. Unde vides q ppriissime sumendo de bilitatem stomaci cadit nomen hoc super debilitatẽ dige stiue qñ non potest digerere cibũ propter raritatẽ texture tunica᷑ sua᷑. hos.n. in pluribus locis auctores vocant stomaticos nullam determinationem addentes. ¶ Dixit Mes. qñqз cadit debilitas stõaci super toto corpore eius. Et sequitur ipsam debilitas oium virtutũ qua᷑ est mine ra. Et quandoqз cadit in superiori parte eius: et seqtur ip sam debilitas appetitus. Et qñqз cadit in inferiori pte ei᷒: et seqtur ipsam debilitas digestiue. Et qñqз cadit in fũdo ipsius et pileron et in villis retentionis: et seqtur ipsam de bilitas retentiue. Et qñqз cadit in inferioribus stomaci et villis latitudinalibus: et seqtur ipsam debilitas expulsiue. ¶ Dixit Auic. hec debilitas qñqз est in supioribus stõi et qñqз est in inferioribus eius: et qñqз est in vtrisqз locis si mul. ¶ Et quecunqз sit ista debilitas siue vnius virtutis siue qrundã siue oium ipsa diuidit᷑ ſm gradus in debilez fortem et fortissimam seu paruam vel magnã seu maximã lesionem operationum eius vel ea᷑. ¶ Quãuis auctores sufficienter locuti sint de debilitate cuiuscũqз virtutis in pprijs capl'is: nihilominus in qbusdam mẽbro᷑ nobiliũ et maxie operationẽ f[illegible] toti vtilẽ: et pcipue stõi et epa᷑ fecerũt de debilitate talis mẽbri cap^m spãle in cõi: qδ qdez fecerũt ad maiorẽ declarationẽ et perfectionẽ doctrine. Et cõiter dñt. q in his talibus capl'is auctores determinant de debilitate virtutis: cuius cã ẽ remissa et fere imperceptibilis pp remissionem eius. Et hoc trahunt ex verbo Gal. p̃ de accidenti. cum dixit. mala ɔplõ parua.i.remissa: qr a medicis male cognoscitur: iõ ab eis a qbus non pcipit᷑ de bilitas nũcupat᷑. Alij vero dicunt. q auctores in hoc cap̃ determinãt de debilitate stõi: vel alterius membri: licz qua non est pñs cã que fecit illam: sed ea iam ablata remãsit de bilitas in mẽbro: sicut videmus homines qui febricitauit: postea debilẽ esse: ita q non coniungit᷑ hec debilitas ali cui cã᷑. Et qdam dicunt. q in capl'is particularibus au ctores determinant de debilitatibus: qua᷑ cãe sunt mani feste intrinsece vel extrinsece. In capl'o vero gnãli determĩ nant de debilitate. cuius cã non est manifesta neqз a medi co cognita. sicut verbi grã. dixit Gor. ponamus q stõus patiat᷑ quãdã angustiã et debilitatem appetitus: et cõphen dat cibũ cũ qdã titillatione et quodã tremore occulto. Et cum hoc non puenit ab aliqua cã extrinseca: nez ab aliqua cã manifesta: neqз ex aliqua notabili passione stõi: tunc d᷑ q stomacus est debilis: ita q pp debilitatem neqз appetit neqз cibum bene retinet: neqз ipm digerit. Et ideo dicũt qdam. q quodãmodo vulgari debilitas: de qua in gnãli cap̃ determinat᷑ apellat᷑ debilitas cuius cã ignorat᷑. Et qr cã talis debilitatis occultat᷑: qзuis ṽtus in se ſm verita tem non patiat᷑: immo solũ rõne sui cõis instrumenti organi vel subiecti: ipsa tñ debilitas virtuti imponit᷑. Et dñ q pp debilitatem ṽtutis accidentia ipsam ɔsequẽtia puenunt. In ṽitate tñ adest aliqua egritudo seu cã intrinseca illã de bilitatẽ inducẽs q̃ fortasse medico intelligẽti et expto non occultat᷑. ¶ Erit igit᷑ debilitas stõi large sumpta impoten tia ipsius ad suas exercendas operationes ɔplete oẽs vel aliqз seu aliquas ex eis absqз cã pmitiua vel cã manifesta. Et debilitas strictissime sumpta est eius impotẽtia ad dige rendũ cibũ ɔplete pter cãm extrinsecã aut ipsius cibi.

Causa tñ debilitatis stõi qñqз est intrinseca: et qñqз est extrinseca. De intrinseca dixit Gal. 4° de ingenio sanitatis. defectio mẽbri pp qз humores ad membrum de scendunt non est nisi mala ɔplexio: qзuis non sequatur q ois mala ɔpl'o sit cã defectionis: qr defectio non fit nisi du ipsa mala cõplexio multum temperamẽto sublata est. Et ob hoc dixit Sera. Scias q ois malitia ɔplonis que sit fortis dissoluit virtutem. ¶ Et Aui. dixit. vnaqueqз ha᷑ ṽtutũ debilitat᷑ pp oẽm malitiã ɔplonis quecunqз sit illa. Et dixit. in ca° de egritudinibus stõi. ois ɔpl'o superfluẽs facit accidere in oi opatione diminutionẽ. ois.n. vltimata qualitas facit accidere ẽt in ppria virtute destructionem opõnis. Et non dixerunt sic. qr non sint alie cause defectio nis membri: immo alie multe sunt: sed sic dixerunt: qr ma la ɔpl'o est que inter alias causas: et plim et vt frequentius est cã defectionis mẽbri. Et ipsa qdem mala ɔpl'o põt esse simplex et ɔposita pura: et non pura. ¶ Dixit Aui. 2° pmi. q de causis debilitatis sunt qdam qbus adiũgitur resol'o spũs: sicut est sol'o ventris plurima: et pprie sol'o sanguis et vomitus plurimus et laboriosus. Et ois egritudo stõaci maxime cronica põt esse cã debilitatis eius. Et pcipue ra ritas texture eius: et ipsius lubricitas. ¶ Dixit. Zoar. stõa co accidit que d᷑ leiz.i. debilitas et macis idest debilitas pp maciẽ donec reddatur suba eius subtilis quasi tale. Et non potest digerere cibum aliquo mõ. Et subdit. preposui qdẽ hanc passionẽ. qr est occulta a medicis: et non pcipiũt illã. Et Aui. dixit. 2° pmi. q ex debilitantibus sũt dolores vehementes. ¶ Causa vero extrinseca dixit Aui. ibidẽ est sicut tristitia lõga: ieiuniũ fames vehemens et sitis et gnãlr ois cã alia ppter qз resoluit᷑ spũs: aut extinguitur vel in grossat᷑. ¶ Dixit Mes. vbi.s. qñqз accidit debilitas stõi post purgationem.i. post sumptionem farmaci solutiui. Aut qr per ipm malitia cõplonis stomaco acqritur. Aut qr immoderata inanitio extenuat et rarefacit corpus eius. Aut qr educitur humor bonus supernatans derelinquen do malum submersum in poris eius: aut adherentem vel imbibitum. Aut qr aliquid derelinquit᷑ de medicina ad herens villis eius. Aut qr in eo mouet mãm plusqз expel latur. Aut qr est de genere adurentium et multi acuminis: et quare multum imprimit. Dixit.n. q de iure solutiuo᷑ est stomaco nocere et parare ei cãs et modos indignationum

Debilitas stõi põt di ci de debi litate om niũ virtu tum eius.

Debilitas stõi qñqз diuidit᷑ in debilẽ: fortẽ et for tissimam.

Cã intrin seca.

Cã extrin seca.

a cibo corrupto vel recipiente in stomaco alteratione᷑ malam. Aut eleuatos ab humore de genere medie in stomaco ⁊ membris adiacentibus ei ꝯtentos ⁊ ibi retentos ꝓpter debilitatem virtutum nãlium.

Signa et cause debilitatis stõi.

℧ Signa vero causaꝝ intrinsecaꝝ nota habentur ex dictis in ꝑcedentibus capl'is. ℧ Et qꝛ vtplurimum causa eius ē raritas substantie stomaci ad ipsam cognoscendum festinandum est: de qua dixit Ras. 5° ꝯti. Si stomacus doluerit .i. passus fuerit: ⁊ in eo fuerit corruptio .i. lesiõ ⁊ nocumentum maxime in digõne ⁊ minima cã nõ ex cibarijs malis: neqꝫ ex regimine alio malo suba eius ꝓpria debilitata est .s. in textura sua facta rara ⁊ subtilis. ℧ Cã autem extrinsece note haberi possunt per inuestigationē eaꝝ: vt supra patuit. ℧ Debilitas stomaci in aliqbus ꝯuenire videt᷑ cũ humiditate infusiua eius. Et distinctio inter eas habetur dixit Ras. 5° ꝯti. Nam si in passione non fuerit nausa nisi post comestionem debilitatis erit. Sed si semper fuerit reuolutio pauca in stõaco humiditas erit. Dixit Sili. Anathema: sed talia signa declarant: Paucus vel nullus est appetitus. Cordis ⁊ oium mẽbroꝝ defectio. Et virtutum ⁊ virium destitutio ⁊ potissime nãlium operationũ cessatio: ⁊ quotidianus corporis defectus. ℧ Dixit Gal. 7° therapeutice. loyci inualitudinem dicebant esse cãm ois doloris. Et ois male dispõnis membri. Unde si quis dolet stomacum vel caput statī hoc esse ex inualitudine .i. debilitate illius membri dicunt. ℧ Dixit Mes. ꝑ de rectificatione medicinaꝝ succurrendum est huic egritudini: qm̃ elementum est multaꝝ egritudinum. ℧ Et Aui. dixit. debilitas stomaci

Debilitas stõi est cã oium fere egritudinũ nãlium.

fortasse cã est oium egritudinum corporis .s. nãlium: qm̃ vt supra: qñ stomacus est debilis male digerit: ⁊ qñ male digerit stomacus male digerit epar. Et qñ male digerit epar male digerunt membra. Unde mãe male generant᷑ ⁊ multiplicant᷑: q̃ egritudines faciunt. Dixit aũt A. fortasse ꝓp quasdam egritudines mãles: que nõ sunt hñ reducibiles in egritudines stomaci seu debilitatem eius: sicut sunt apa ta sequentia ad casū vel percussionē ⁊ alie similes. ℧ Dixit Mes. si fuerit debilitas stomaci ꝓpter rarefactionem parietum stomaci acqsitam ei ꝓpter farmacum. supple vel aliam cãm cura est difficilis. Et .n. dixit Aui. deterior debilitas stomaci est illa que contingit ex raritate texture villorum eius. ℧ Dixit Ras. 5° ꝯti. dico summarie ꝙ stõacus cui dñatur cibarium inducens ad interiectionē lamẽtabilem vehemẽtẽ nimis debilis est. stomacus .n. ad hoc ꝯpellitur cum illud sustinere nõ põt. Est aũt lamẽtabilis interiectio angustia stõacalis siue anxietas stõica q̃ ẽt dr̃ tristitia sine cã. Et dixit Ras. ponderositas sentitur in stomaco post cibum. Et ponderositas cibi erit aut ex sui multitudine aut acuitate aut punctione: his .n. causis desiderat stõ deponere cibum tanq̃ rem grauantem.

De cura

dixit Gal. 7° terap. secta experimẽti nesciẽs curas debilitatis stomaci nil aliud dare pẽcipiebat patienti nisi nutrimenta stiptica declinantia ad amaritudinẽ. Et vinum grossum stipticum ⁊ absinthium: Et spgebat super stomacum oleum stipticũ apposita lana in ipso madefacto: deinde sequendo curabat cũ emplastris stipticis: deinde cum medicinis vehementioribus ⁊ reb⁹ aromaticis stipticis. Et si non sufficiebat curabat eam cũ medicinis rubificatiuis: ⁊ dieta subtili. ℧ Ego aũt rõnem

Gal. p. 8. modos curabat debilitatẽ stõi.

docens dixit Gal. per octo modos curabã debilitatẽ stõi. Nam alijs qdem dedi aq̃ frigidam solum: ⁊ illa bona con valuit. Et alijs dedi aq̃ frigidam refrigeratam in niue ⁊ fructus frigidos ⁊ cibaria frida infridata in niue. Et alijs inhibui vti stipticis: sed ad calefaciendum eũ dedi ei vinũ potens: ⁊ calidũ oi modo multiplicando de pipere in cibarijs suis. Alijs quoqꝫ ꝓponendo desiccare stomachos eoꝝ dedi cibaria sicca: ⁊ paucũ potum sequendo curam ipsorũ infallibiliter cum stipticis. Et nuper curaui quẽdam veniẽntem ad dispositionem ethice q in ꝓncipio passionis erat in quo medici peccantes dederant ei in potu absinthium ⁊ in cibo amara stiptica. Et in fine stomacus cõuersus est ad male digerere cibum. Et appositis ei dictis medicinis stipticis patiens factus est in simili dispositione ethice quē curaui cum humectatione. ℧ Dixit Auic. experimentatores cõtenti sunt exucatione ⁊ desiccatione: exucatiõe .s. exiccatione .s. humidi stomaci. Et desiccatione per qualitatem siccam positiue. Et hoc ideo ꝯtingebat eis qꝛ videbãt plures egritudines stomaci fridas ⁊ humidas. Et qꝛ i illis bene succedebat eis: ideo putabant oẽs egritudines stõaci simili modo curari debere: sed isti errabant non putantes stomacũ alr̃ egrotare: ⁊ iõ A. subdit. ꝙ veritas est ꝙ debilitas stomaci sequitur oẽm malitiam cõplexionis. Et opꝫ ad curam vt cognoscatur ꝯpl'o a qua ꝓuenit debilitas. Et opponatur ei cũ ꝯtrario. Quãdoqꝫ .n. euenit ꝓpter siccitatem stomaci: quare si curabitur cura qua ꝯtenti sunt experimentatores erit cã mortis eius. qñqꝫ .n. est sanitas in potãdo eos aqua frigida aut potu lactis acetosi vaccini infrigidati super niue ⁊ admistratione fructuum frigidoꝝ. Et

Debilitas stõi fit ab oi mala cõplone.

qñqꝫ fit curatio debilitatis stomaci causa calefactionis ⁊ dñatur ei marcasita nos obuiamus ei .s. siti cum eis que sũt sicut aq̃ ⁊ sanãtur ilico. Et qñqꝫ expellitur statim ꝓpter repletionem aq̃ q̃ est illic ex humore nociuo: ⁊ egredit᷑ cū solone ventris. ℧ Dixit 5° de interioribus. Qui solis experimentis sine rõne vtunt᷑ non pñt cognoscere ea que eueniunt raro: ideoqꝫ sepe falluntur. ℧ Dixit. A. scias ꝙ qñ stomacus talr̃ debilitat᷑ ꝙ cibum suum mutare non põt ois vbiqꝫ cã .s. alia a debilitate stomaci: ⁊ est illa debilitas de q̃ agit᷑ in hoc ca°: ꝑcipue vbi auctores absolute loquunt᷑ de debilitate stomaci. Nam plura auxilia eoꝝ que ponunt᷑ ad eis in cura eius diriguntur ꝯtra debilitatem digestiue est hec cã q̃ꝫ distinguunt experimentatores intendẽtes succurrere ei .s. cum cura eoꝝ supradicta: q̃ in hac dispõne est ꝯueniens: ⁊ qꝛ ista dispõ ꝓuenit a multa friditate cũ hũiditate ita ꝙ q̃uis non ꝑcipiãt .i. non cognoscant experimentatores qd faciant: ⁊ tñ bene faciunt. Et silr̃ iuuant᷑ regimine electo ſm eos. nã cõuenit in hac dispõne. Sic igitur pꝫ ex dictis Gal. ⁊ A. ꝙ debilitas stõi dꝫ curari ꝑut reqrit mala ꝯpl'o. vel alia egritudo faciens eam.

Cura stõi infirmi ꝓp farmacum.

℧ Dixit Mes. cura ꝑcedendis ꝓp assumptum farmacum ē ſm quatuor casi. Et primus est rectificare indignationẽ q̃ ꝓpter medicinam stomachus acqsiuit. Secũdus ē remouere causas debilitatis: ⁊ eas corrigere. Tertius est ꝯfortare stomacum cum rebus ꝯfortantibus ipsum. Et q̃rtus est ꝓhibere mãs effundi ab alijs membris ad stomacum. Et illud iõ qm̃ hoc multotiens accidit ꝙ in aliquo membro mã exuberat ⁊ ipsum est forte in mandando ⁊ stomacus debilis ꝓpriũs est in recipiendo. Et isti idem casi ꝯueniũt in oĩ debilitate stomaci a quacunqꝫ cã prouenit.

Stõs ꝯfortat᷑ .5. modis.

℧ Dixit Ser. super 9ᵐ Almãn. ꝙ stomacus confortat᷑ qnqꝫ modis. Uno modo per viam vnionis partium eius: ⁊ isto modo ꝯfortat᷑ cũ stipticis. Secundo modo per modum mundificationis eius a mã ledente si qua fuerit. Et ꝯplet᷑ cũ medicinis domesticis solutiuis. Tertio mõ per viã alterationis male ꝯplonis ⁊ curat᷑ cum medicinis alteratiuis. Quarto mõ per viã nutricationis ⁊ restaurationis ꝑditi. Et ꝯpletur per cibos ⁊ potus: ⁊ per medicinas cordiales q̃ habent ꝯuenientiã cum spũ. Et qnto modo per ea q̃ habẽt respectũ ad ipsum a tota suba ⁊ ꝓprietate sua sicut mẽta mastix absinthiũ galãga ⁊ alia. ℧ Reducendo igit᷑ curã debi

Regimẽ sanitatis ex reb⁹ nõ nãlib⁹.

litatis stomaci ſm sniam auctoꝝ ad vtilitatẽ cõmunẽ dico ꝙ eius cura perficit᷑ dieta ⁊ potione: sunt autem ſm dicta nocentia ei aer excedentis qualitatis cuiuscũqꝫ tristitia: ⁊ furor labor ⁊ ois motus fortissimus ⁊ moderatus. Et balnei ex eis q̃ magis ledũt nisi in casu in quo solutiuum esse valuerit. Et vigilia multa. Et cibi multe diuersitatis vel diffi

tilis digestiōis: et omnia pinguia iura: et pulmēta mollia. ℭ Dixit Mes. non est imitādū illos qui talia cibaria con cedunt: q2 relaxant et mollificāt stōm et replent et fastidium generant et nauseā. Non ɔueniūt iuscula talia nisi qñ neces se est audaciam medicine transmittere a mēbris nutricatio nis: qm̄ lauant et lubricare faciunt eam. Et vitandi sūt fru ctus humidi: pisces et quicūq3 sunt cibi mali nutrimenti. Et nocet potus multus: et vinū dulce grossum turbidum. Et aqua calida mollificat stōm et disgregat virtutem eius. Et aqua veri frigoris debilē calorē deijcit. ℭ Dixit Mes. vitetur coytus. qm̄ factus super medicina solutiua lenes cere facit. et intellexit maxime de medicina effrenitante. Et si militer facit coytus factus supper quacunq3 forti debili tate stomaci. ℭ Iuuantia aūt sunt aer preparatus ad tēpe riē gaudiū moderatū delitia: et quies. Dixit Aui. ex eis q̄ ɔferunt stō debili est administratio vociferationis: et diuz que cōmouent siphach: qm̄ excitāt calidū nāle et attrahūt ad stōm spūm: et resoluūt ab eo supfluitates. Et maxime cō ueniunt in cā frigida et virtute stōi sopita. Et somnus ē ex rebus stomacū rectificantibus et restituentibus corp⁹ vir tuti suę: factus post farmacū maxime: qm̄ sedat indigna tiones acquisitas ex agitatione facta a farmaco. Et ɔuenit in oī casu nisi qñ mā agitata a farmaco. supple vel alia cū nō educeretur. Et cibus sit facilis et velocis digestionis q aggreget: et coadunet stomacum et partes eius laxate ad dat in virtute eius. quapropter oz esse multi et boni nutri menti cōditus cū aromaticis stipticis: aut cū rebus pauce acetositatis. Dixit Mes. non p̄tereas quin cadat in cibis et iuribus eo♃ menta. Dixit et Aui. q in menta est iuua mentum manifestum. Et conferunt in hoc succus agreste et citonia et sumach: et spēs aromatice. s. et stiptice. Et citōia cōdita et mina et similia. Sint ergo cibi patientium debili tatem stomaci oua sorbilia epata pinguium gallina♃ testi culi gallo♃ ale bonarū auium et pullarum. Et turturu3 et aqua carnis ea♃. Et sint h̄ oīa condita cum aromaticis sti pticis. Dixit tū Mes. non sint tales medicine. s. cum qbus ɔdiunt cibaria forte. s. in calefactiōe et stipticie: ne addāt in desiccatione. Et dixit. sit cibi exhibitio pauce quantita tis qua stōus non grauet perueniendo gradatim ad illud, cuius exhibitioni stōus assueuit: et pot⁹ sit vinū odoriferū subtile et lene decētis permixtionis cū aq̄ et sit aqua nō cali da neq3 veri frigoris: sed talis q̄lis est aqua in qua folia mi pa♃ impresserit cui superirroretur aqua ros. Et sit potus paucus. Non enim confidendum est in potu eorum neq3 satisfaciendum est siti eo♃: sed tolerātia super siti est ex eis que stomacum corroborant.

Cura vero p potionē vt iā3 patuit per Mes. tres exigit intentiones: qua♃ vna est conuerti ad humorem qui ad ipm effundit: ipm euacuando et diuertendo: et mē brū mandans rectificando: que quō ipleat et cū quib⁹ au xilijs. d̄. in cura male ɔplōnis stōi mālis habitū est.

ℭ Se^a est ɔuerti ad cām debilitatis obuiando ei. hoc aūt fa cies alterando malā ɔplōnē vniendo resolutionē et spiri tuando extenuationē si adhuc inducte fuerint: que et quō ipleatur: et cū qbus auxilijs iam dictum est: vbi supra: et in cura ētratiate stōi. ℭ Dixit Gal. oēs passiones stōi q̄ non sunt ex caliditate vehementi: ex siccitate vehementi curāt cum medicamine isto. ℞. succi citoniorum rotul. ij. aceti for tissimi rotul. i. coquāt donec perueniant ad spissitudinem mellis: deinde accipe pipis. ʒ. i. et tertiā zinzi. ʒ. ij. terant et im miscant cū eis et reseruent ad vsum. ℭ Aliud eiusdē ad idē et est confectum cum substantia citoniorum ℞. substantie citoniorum rotul. iij. aceti rotul. iij. piperis zinziberis aā. ℥. iij. seminis apij montani. ʒ. i. terantur et fiat confectio. ℭ Et sic dixit Mes. impletio huius intentionis euacu ando humorem malum particulariter post euonem boni. Et sic supple euacuando humorē si quis fuerit inclusus in alijs

spēbus debilitatis stōi: qd̄ q̄dē facies cū medicinis appro priatis illi humori: et obseruando dixit Mes. casū istos: quo♃ vnus est: vt ille hūor digerat: vt facilius fiat ei⁹ euō. ℭ Scōus est vt non subito prūpas ad euonē eius: sed ex pecta donec virtus redeat sufficiens. ℭ Tertius est vt nō fiat ista euō cū medicine forti: q̄uis dispō humoris ipsam exegerit: sed administra medicinā fortem debilē. Et ptire euonem in plures vices: et non sis ausus ipm vnica euone educere nisi de ipsius paucitate ɔstiterit tibi. Aut euando humorē agitatū q̄uis malū quē medicina eduxit in cuius eductione audacius pueniēs. s. q3 in euone mali post edu ctionē boni: facies aūt hoc cū medicinis illū educentibus. Aut abstergendo et lauando a parietibus stōi partē medi cine illis adherentem si qua remanserit. Aut sedando acu men et mordicationem quam medicina fecerit in stomaco. Aut sue venenositati obuiando.

ℭ Tertia aūt intētio est stōm ɔfortare cū medicinis aroma ticis stipticis aut pauce acetositatis calidis vel fridis s'm dispōnem ɔplōnis. In qua♃ approximatiōe Mes. posuit duos cañ. Unus est vt cū eis misceant medicie cordiales: non est. n. pretermittēdū qn ɔfortet cor: qm̄ est thesaurus vite. ℭ Scōus est q nō sint medicine calide vel fride siue stomatice siue cordiales eleuate in gradu: s3 sint sicut i gra du p̄mo et scōo: in qbus nā delectat. ℭ Possunt aūt medi cine: et ab intus et ab extra approximari. Et in approximā dis ab intra dat cañ. tales q quecunq3 dātur ad stōm con fortandū dēt stari stomaco inanito in hora in qua excitat appetitus aut excitari ɔsueuit: q2 tunc facta est stōi mundi ficatio: et superfluo♃ depuratio: vnde stomacus in mūditie recipiet ea. ℭ Et cum sit tunc magis auidus auidius reci pit: et retinet ea: vel vehemētius: et melius operatur. ℭ Di xit Paulus. si debilitas et caliditas fuerint in stomaco: dā in potu patienti de aqua fructuum. s. frigido♃ stipticorū qm̄ hec aqua bona est stomaco calido cum ipsum infrigi det. Et stō debili cū ipm ɔfortet nimis: et mitigat sitim ni mis. ℭ Cōfectio ad idem vtilis. ℞. sandalo♃ oium spodij ros. ru. corallo♃ ru. aā. ʒ. ß. margarita♃ amba♃ iacinto♃ aā. ʒ. i. corticū citri cōdito♃. ʒ. iiij. coriādri pparati interio ris cinamomi electi. aā. ℈. ij. zuc. albi. lib. i. aque ros. ʒ. iij. Et valet cōfectio de corallis. Syrupus de berberis minus simplex cōfectio triasandalo♃ et silia. Et dixit. A. potare grana myrti est iuuamentum eis. ℭ Si vero frigiditas fuerit cā debilitatis stōi ɔuenit vtiliter ɔfectio que sic fit. ℞. interioris cinamomi. ʒ. iij. galēge. ʒ. i. corticū citri cōdi to♃. ʒ. iiij. zuccari albi. lib. i. aq̄ ro. de damasco et est aqua muscata. ℥. i. ℭ Et cōuenit electuarium qd̄ sic fit. ℞. zinzi. albi. ʒ. i. gar. galange cinamomi electi. aā. ʒ. ß. zedoarie pi peris coriandri pparati. aā. ℈. i. anisi feni. anicos nardi car damomi masticis. aā. grana. v. corticū citri cōdito♃. ʒ. iiij. liq. rase. ℈. ij. candi. ʒ. v. pistul. enucle. ℥. i. aque ros. odori fere. ℥. i. ß. zuccari albi. lib. i. fiat cōfectio i bol. ℭ Species qbus vti super cibarijs est vtile sunt h. ℞. coriandri ppati cinamomi electi. aā. ʒ. iiij. trium piperū gar. zinzi. galāge. aā. ʒ. i. ß. anisi feniculi. aā. ʒ. ij. croci. ʒ. ß. zuccari albi. ʒ. viij. ℭ Et cōfert eis nectar q sic fit. ℞. cinamomi electi. ʒ. iiij. zinzi. albi. ʒ. ij. flo♃ cānelle beil. aā. ʒ. ß. gar. galange pipis longi nucismus. aā. gra. xv. fiat puluis subtilissima et zuc cari albi vel loco eius mellis. ℥. iiij. ß. vini albi optimi. lib. xv. fiat stilladitio: quoniā optime valz. ℭ Puluis stomaticus de quo poni dz super offa sic fit. ℞. interioris cinamomi zuccari albi. aā. ℥. i. macis gar. nucis mus. aā. ʒ. i. galange cardamomi zinzi. aā. ʒ. ß. interioris pellicule ventriū galli narum. ʒ. iiij. fiant spēs qbus aspergat panis assus infusus in vino et edat. Et ɔfert magnifice vinum absinthij: qd̄ sic fit. ℞. absinthium contundatur et ponatur in vino albo optimo et ferueat vnica ebullitione: aut duabus: deinde re moueatur ab igne: et seruetur sic vno die: vel duobus: deinde co

letur

Tertia in tentio est stōi cōfor tatio.

In cā cali

In cā fri gida.

Electua.

Secūda in tentio est alteratio.

letur: et bibat ex eo olmane cyatus vnus.ↄfortat.n.stomacū & purgat ab eo humores malos. Ualet etiā vinū infusiōis absinthij: sed non est adeo efficax. ¶ Dixit A. ex medicinis bonis stō debili mollificato ē trifera: & medicamē persap & pro.i.trifera persica. cuius descriptio est. ℞. mirabolanoꝝ nigroꝝ assatoꝝ cū butyro vaccino.ʒ.x. nasturtij alsa ti.ʒ.v. ameos origani persici.an̄.ʒ.iij. scorie ferri.ʒ.x. dof. ʒ.ij. cū vino forti.i. pontico vel acetoso. vel & melius.i. cū vino potenti: butyrū ponitur cum mirabo. ad remouēdū aspitatem q̄ relinquūt. ¶ Dixit Gal. 2° miemir: & ponit a Rabi in 21°. darsin siue darsian est medicina multū subtiliatiua aperit meatus stōi & mundat & subtiliat humores.

Approximanda ab extra.

Et expellit humiditatem eōm fetētē mundans & resoluēs ipsam: & adaptās odorē suū. Et conuenit oibus egritudinibus ex humoribus q̄liā & adaptat putredinē eōm. Et sic est vtilis virtuti corrupte reparās ipsam in bonum. ¶ De medicinis vō ab extra approximandis. dixit Ga. vt scribitur 5° ↄti. In emplastris stōi cōdn̄ans oꝫ esse stipticū: licet ibi fuerit apa. Et in cura debilitatis stōi & abhoiatiōis eī° ↄdn̄ans oꝫ esse aromaticū stipticū. Dixit Mes. ↄferūt sup stōm emplā ex aromatibus stipticis: ↄseruant.n. in eo calorem q forte resolueret pp raritatem eius. In vnguentis aūt istoꝝ ↄueniēter admiscet cera: q̄ñ opilando poros ꝓhibet resolōnē spūs. Et dixit Aui. oꝫ q vnguenta & emplā calefiant valde q̄ñ q̄rit ex eis ↄfortatio stōi. Et est dictum Gal. 8° ter. mollificat.n. tepidum & non resoluit. Et dixit Gal. 2° de ingenio sanitatis. cū os stōi factuꝫ fuerit debile apponenda est ei lana infusa in bono oleo nardino i quo cocta fuerit mastix: & calefiat vehementer: cū tepidū dissoluat & mollificet v̄tutem eius. Et dixit. iuuabile erit ei cerotum ex oleo nardino & aloe & mastice: ita q olei nardini & cere ptes sint eq̄les & aloe & masticis.an̄.ptes.i. Si tn̄ volueris q vna ps sit maior altera esse poterit modicum. Et Gal. posuit 8° ter. cerotū sile ꝓdicto: & describit sic ab A. ℞. cere aur. ß. olei nardini.ʒ.i. misceant: & si stōus fuerit vehemētis debilitatis: ita vt non retineat cibum addātur aloes & masticis.an̄.aur.iij.ß. aut aur.i. & succi agreste.s. exiccati aur.i. & ponat sup stōm. ¶ Cerotū vtile ad stōacū debilitatū & relaxatū ex mā flātica. ℞. masticis.ʒ.ß. aloes ℈.i. gar. cinamo. calami aromatici.an̄.℈.ij. aq̄ rof. & vini citonioꝝ.an̄.ʒ.i.ß. olei masticini.ʒ.ij. cere qō sufficit. ¶ Dixit Gor. ℞. mente absinthij costi summitatū fenicu.an̄.ʒ.ß. nardi squnanti celtice calami aromatici ligni aloes.an̄.ʒ.ij. ↄquassent & bulliant in oleo laurino in quo postea lana vel filtrū infusum stō applicet: aut addita cera noua malaxet: & vt cerotū stō applicet. ¶ Serar. super 9° Alm. cerotum ad debilitatem stōi cū signōnibus frigiditatis. ℞. masticis.ʒ.iii. galāge zedoarie ameos.an̄.ʒ.ß. mēte absinthij.an̄.ʒ.i. terbentine.ʒ.4. incorporent cū pistello calido: deīn malaxent cū modico olei de mastice & extēdat sup corio i modū scuti & stō applicet. Et accipiat panis de frumento calidus: sicut exit a clibano & aspergat cū puluere mēte absinthii & masticis & modico vini: & sic calidus ponat sup stōm: ↄfortat.n. ipm mirabilr. ¶ Et valet vtilr vng^m qō sic fit. ℞. succi mente & succi absinthii sc̄ residentia.an̄.ʒ.ij. olei masticis.ʒ.iij. cere qō sufficit. dixit Aui. pix est ex emplās stōi debilis. Et dixit. supiora feniculi.i. cime vel summitates sunt ex eis que conferunt in emplastris stomaci frigidi & calidi: tamen diuersimode ordinatis. ¶ Emplastrum Se. vbi: supple est cum significationibus caliditatis. ℞. succi plantaginis aque rof.an̄.ʒ.6. aceti.ʒ.i. sandalorum alboꝝ & rub. corallorum rub. coriandri preparati. an̄.ʒ.ii. seminis citoniorum seminis acetose.an̄.ʒ.i. farine ordei.ʒ.iij. fiat emplm̄ & ponatur sup stomacum. Ampli° vbi oportet fiat recursus ad auxilia prima cuilibet virtuti posita in capitulis eoꝝ.

¶ De eructatione. Cap. xlviij.



Ructuatio siue ructus. dixit Serap. est inflationis & vētositatis a stō eūo. Et Haly. dixit. ructus est ventositas inflatiua in stō que ad os cum vaporibus ascendit. Dixit Aui. 3° coll'ꝫ. ructus pp expulsionem fit ventositatis que est in stō a virtute expulsiua. Et Gal. dixit. q est motus stōi ad expellendū fumum indigestuꝫ causatus a v̄tute expulsiua per superiora siue per os. ¶ Dixit Ar. x° ꝓbleu^m. ꝓblu. 44°. Sol° hō inter aialia patit eructuationem. nō.n. eructuāt aialia alia neq̄ subiugabilia neq̄ cornigera neq̄ aues: qō est ꝓpter siccitatē vētriū eoꝝ. pp q̄ velociter in eis ↄsumūt humiduꝫ: sicut aq̄ cito ↄsumit a terra sicca puluerulenta vñ non pōt in eis dissolui in vētositatem q̄ emittit p os in eructuatione. In hoie aūt q hꝫ vētrē hūidum causat vētositas & eructuatio: q̄ oibus hoibus eructuare inest. Jō Solinus iter mirabilia recitat Pōpeū poeta ↄsularē viꝝ nūq̄ ructasse.

Quare solus hō inter alia aialia patitur eructuationē.

¶ Eructuatio vr ↄuenire cū ossitatiōe p h q vt dixit Ar. vbi.s. ossitatio est extēsio musculoꝝ mādibulaꝝ pp expulsionē supfluitatū fumosaꝝ.i. cum aptione oris. Differt tn̄ ab ea: q̄ in eructuatione fumus ventosus q expellitur est grossior & motus ad ipm expellēdū fortior: intm̄ q aliqñ aliqd cibi in os inducat: & ꝓcedūt ipsi motus & fumus ex stōꝫ: ꝫ in ossitatione emittit fumus subtilis nō ex stōꝫ: ꝫ ex aliis mēbris eleuatus: & emittit cū quodā sonitu & hiatu. Sic ēt dixit A. Alices fiunt pp motū v̄tutis expulsiue in mēbris pp expulsionē supfluitatis fumose que est in eis.

Eructatio & oscitatio conueniāt & differāt.

¶ Dicunt. differūt vapor fumus & vētositas: sicut.n. pꝫ ex 2° methauroꝝ. Uapor est de nā aq̄. Jdeo cū ascēdit vapor & puenit ad locū frīm clausum a quo non possit exalare in humiditatē aqueā ↄuertit. ¶ Fumus vō est de nā terrea & aerea sit. gñat.n. fumus ex sicco terreo & subtili aereo & rōne aereitatis multū ascendit: & est facilis resolōnis. Et q̄uis ad locū frīm clausum ptingat in humiditatē aqueaꝫ non ↄuertit. ¶ Uētositas vero est exalatio sicca difficilis resolōnis non apta ascēdere: sicut fumus: q̄ paꝝ pticipat aereitatis. ¶ Medici vō sepe h nola cōfundunt vnum p alio ponētes: & frequēter p vētositatē intelligūt ēt vaporē & fumū. Est aūt vētositas mobilis de loco ad locū p se: & ē facilis vel difficilis resolōnis ₛm suā subam grossiorē vel subtiliorē. Et ₛm diuersitatē loci in quo ↄtinet minus vel magis denso.

Uapor fumus & vētositas differunt.

¶ Eructuatio proprie sumpta est accn̄s. Et ₛm quosdā est actio expulsiue v̄tutis. Et ꝫ alios est exiēs mutatū. Cuius mutatio duplex est. vna q̄ aliud pellēdū p os ex cibo cōsurgēs oꝫ esse vaporeū in eructuatione & grossius. 2ª mutatio est in sapore. Et ꝓprie in ea in qua aliēn° pcipit sapor. Nā eleuatū a cibo ₛm nām nō oꝫ hīe saporem pp suam subtilitatē aut paucitatē aut simplicitatem: aut q̄ euaporat insensibilr. Eructuatio tn̄ egritudo vocari pōt rōnibus alijs dictis. Et Haly. nūerat eā inter passiōes fundi stōi. ¶ Dixit Serap. eructuatio impellit cibū ad supiora stōi & ꝓhibet ipm recipe digōnē integrā. ¶ Et Uiaticus dixit. eructuatio cū sit extra tēpamētū nocet cibarijs in stō digerendis. & Rab. in diuisionibus dixit. eructuatio si multiplicat corrūpit digōnē: & q̄ñ minorat inflat stōm rōne indigōnis & attractionis ad ipm. Et nonnunq̄ dixit Hal. q̄ñ eructuatio sit fortis emittit cibus a stō & digeri nō pōt.

Eructuatio an sit egritudo vel non.

¶ Eructuatio bifariā diuidit. Uno mō ₛm intēsionem & remissionē eius. Et sic alia est fortis siue supfluens: & alia leuis siue diminuta. Et alia mediocris siue tēperata. Et qdā vt sic diuidunt eā in frequētē & rarā. ¶ Scdo mō diuidit rōne eius qō pcipit ex ea in ore. Uel vt qdā dicūt rōne puritatis vel impuritatis eius. Et vt sic diuidit in puram & non purā. Et pura est q̄ nullū iprimit in ore saporē. Et impura ē q̄ saporē iprimit. De qua dixit A. in ca. signōrum dispōnum stōac: alia est fumosa: alia acetosa: alia fetida: alia brumosa vel alterius horribilis saporis: vt rācide

Diuisio eructuationis.

melioꝛ q̄ꝫ cuꝫ pane ⁊ potu.Dixit Hal.ciboꝝ arce copiam.
In his.n.fame vtimur ⁊ aque.i.potus paucitate ⁊ potꝰ ꝓ/
hibitiōe.Dixit Aui.de melioribꝰ intētionibꝰ curatiuis est
subtiliatio regis:⁊ nō itellexit q̄ regimē in idropisi sit vel
esse debeat ex pte subtiliationis regis:cuius medicamē est
ptisana ordeacea sicut in febribꝰ intelligiť.Nā cuꝫ idrops
sit egritudo cronica cū tali regie non toleraret virtus in ea
sed itellexit q̄ regimē sit subtile in respectu ad regimē alia/
ruꝫ egritudinū cronicaꝝ.Erit ergo dieta ↄueniēs ei electa
ex rebꝰ regiminis grossi ↄstitutis in extremitate grossitu/
dinis versus mediū.Et dixit Aui.de regimine eoꝝ est co/
medere cuꝫ mēsura.i.tēperate.Et expectatio sup siti.s.añq̄ꝫ
potet ⁊ sit.s.q̄ñ potat regimē potus in minoratiōe.Mino
ratio.n.cibi.s.in q̄ntitate ⁊ subtiliatio eius.s.in sub̄a valde
est melioꝛ cura.q̄m ⁊ si egritudo sit cronica:est tñ vehemen
ter hūida:vñ sustinet minorationeꝫ cibi ⁊ potꝰ plusq̄ꝫ vna
alia egritudo cronica vt febris cronica.Sit ḡ cibꝰ eiꝰ pau/
cus ⁊ semel in die si tolerat illud patiens.¶ Et hora ad su
Nota q̄ñ debēt idro pici bibere
mēdū cibū dixit Hal.sit post exercitiū ⁊ balneuꝫ.¶ Dixit
Guil.paꝝ comedat ⁊ hora comestiōis nō bibat si est ei pos
sibile:q꞉ cibꝰ reddiť liq̄dioꝛ ⁊ humidioꝛ:⁊ ēt q꞉ q̄ñ accipi
tur siccus attrahit ⁊ sugit hūiditates.Sꝫ bibat post come
stionē ꝑ duas horas aut tres.Mihi autē appet q̄ potiꝰ in
hac hora errauerit:sꝫ expectari dꝫ donec cibꝰ sit digestus.
Si v̄o a potu hora comestiōis abstinere non poterit bibat
paꝝ.Et si sitis infestaret eū multū abluat os suū sepe.dixit
Guil.⁊ gargarizet ⁊ cū aceto medie fortitudinis vel cū ali
quāto vini albi odoriferi:q꞉ sitim remouet ⁊ minuit ꝑ nāꝫ
sui.Et minoratio q̄dē cibi ꝑdicta multū est ↄueniēs in ꝑn
cipio.⁊ añq̄ꝫ v̄tus debiliteť.in oī tñ tpe attende v̄tutē.Di/
xit Aui.ↄseruet v̄tus ⁊ ↄforteť cū bñ redolētibꝰ aromati
cis ⁊ olfatiōibꝰ suauibꝰ ⁊ odoribꝰ etiā ciboꝝ ↄfortātiūꝫ
⁊ cuꝫ vino aromatico ⁊ his silibus.¶ Dixit Azarauiꝰ li.
26.Cibi vl̄r idropicoꝝ sunt panis nō multuꝫ tamisatꝰ.s.vt
teneat de furfure ⁊ sit de frumento bono leni ⁊ albo bisco
ctus ⁊ lētes ⁊ panicū ⁊ milium mellica ⁊ sauich ordei bro
diū ciceruꝫ brodiū faseoloꝝ carnes salite oliue in sulsu.car
nes volatiliū montanoꝝ.Auicule pue ⁊ panis cū aceto ⁊
oleo.oleuꝫ amig.condimēta frixa ⁊ cagiole ⁊ assature.Lac
camellaꝝ capraꝝ ⁊ asinaꝝ.Caules sumach rostrū porcinū
apiū feniculus maurella cuscute ⁊ trasani.Et fructꝰ vtiles
sunt ꝑprie citonia ⁊ granata:q꞉ cōfortant epar ⁊ stōm.Et
aliquotiēs de pomis ⁊ piris ad auferendū sitim.Et si calor
est magnꝰ denť eis aliquotiēs añ ꝑsica ⁊ melōes ⁊ cucume
res medicū ad ꝓuocādum vrinā.Et ↄclude ⁊ spgi prouo/
cāt vrinā amig.zuccarū vue passe albe ⁊ nō multe:ficꝰ sicce
⁊ potent desup oximel diureticū.Itē sauich ordei paratuꝫ
cuꝫ vino est vtile ⁊ exiccat hūiditates stōaci ⁊ epatꝫ.⁊ ↄfor
Cura q̄n/ dā idropici asclitici.
tat ipsoꝝ v̄tutem digestiuā ⁊ valet fluxui.¶ Ego aūt vidi
idropicuꝫ ascliticū q̄dragenariū curatuꝫ solū h̄ regimine.
De mane comedebat solū allaudas quotiēs iuenire pote/
rat q̄s exuētratas replebat petrosellino minutim iciso ⁊ d̄/
coquebat eas elixādo vel assando ⁊ comedebat eas sine pa
ne.Et in fine comestiōis accipiebat.℥.ij.panis biscocti.Et
cū nō poterat habere allaudas sumebat alias auiculas silr
cuꝫ petrosellino ⁊ bibebat in fine cibatiōis mediū ciatum
vini albi subtilis ⁊ potētis ⁊ postea tota die stabat sine po
tu colluēdo os ⁊ gargarizando cū vino paꝝ linfato.Et de
sero comedebat quartā partē vniꝰ panis cōis a corticibus
mūdi calefacti ⁊ infuxi in vino maluaxie vel alio silī ⁊ vni
cuiq̄ꝫ bolo panis supaspgebat abundanter de puluere q̄ sic
fit.℞.cinamomi electi.ʒ.s.gar.galāge.macis anisi amomi
lacce lote añ.ʒ.s.postea tota nocte stabat sine potu donec
de mane in auroꝛa bibebat de syrupo q̄ sic fit vel iferiꝰ de/
Regimen in asclite ē cā calida.
scribeť.¶ In asclite v̄o a cā calida aer eligēdus est siccꝰ ad
caliditatē declinās parūper.Et exercitiū sit mensuratū añ
comestionē ⁊ post q̄escat ⁊ sōnus sit moderatꝰ.¶ Dix.A.
cibeť carne edi ꝑdicis vel fasiani vel pulle aut auiū ꝑuaꝝ.
Et vtať eis assis nō elixis nisi in die medicine solutiue in q̄
pōt vti brodio eaꝝ añ medicinā ⁊ postꝫ vt nō magnificeť si/
tis eaꝝ.¶ Et dixit Aui.q̄ Gal.curabat asclitē cuꝫ febre ⁊
apāte calido epatꝫ ⁊ spālr cuꝫ v̄tus erat debilis cū h̄ regie
cibabat infirmū cū carne edi assata ⁊ carne ꝑdicū ⁊ auium
siluestriū bonaꝝ ⁊ pane de simila ordei ⁊ nullo mō dabat
iura neq̄ꝫ cibaria elixata nisi in die medicie solutiue vel añ
per vnā diē.⁊ tunc comedebat ea cū aceto medie fortitudi
nis.Cōiter practicātes nō ↄcedunt lauatiuū post solōnē in
idropisi nisi aliq̄ñ in timpanite ⁊ est erroꝛ ⁊ ↄ̄ cano.¶ De
oleribꝰ aūt ↄcedunt eis feniculuꝫ petrosellinū apiuꝫ spagi
luppuli endiuia scariola cicorea taraxacō rostrū porcinuꝫ
ipericō borrago ⁊ silia.Dixit Haly.fercula sint attriplices
spinachia malua cū amig.oleo coriādro.s.hūido ⁊ sicco.⁊
ista ↄcedunť maxie q̄ñ nā est sicca.plātago v̄o ⁊ solatruꝫ ⁊
hmōi ↄcedunť cū nā cēt nimis fluxibilis.¶ Dixit Auicē.
ↄcedunť eis ficus sicce amigd.⁊ zuccaꝝ.Et Hal.dixit vti/
lia sunt que cū zuccaro ⁊ amig.oleo ⁊ aceto vini ↄdiunť ⁊
mēta ⁊ modico carui.Et cappares cū aceto cōdite.Naꝫ in
eis sunt caloris extinctio opilōnis aptio ⁊ flātis eliquatio.
Et ↄcedunť ḡnata dulcia ⁊ muza ⁊ citrāgula matura.Et
sua cibaria ↄcedunť cū aceto medie fortudis ⁊ puluere ci/
namomi ⁊ gar.¶ Et bibāt vinuꝫ albū subtile debile puꝝ.
Si tñ multuꝫ potēs fuerit linfeť cuꝫ aqua extinctiōis cali
bis vel cuꝫ aqua endiuie.Et dixit Auic.in supfluitate sitis
ↄceditur iulep ꝑmixtuꝫ.¶ In timpanite v̄o dieta ꝓhibet
Regimen diete i tim panite ⁊ ipolarca.
oīa ventosa ⁊ difficilis digōnis.Dixit Raſ.7º ↄtinentis
vitētur legumina fructꝰ ⁊ olera.s.frida.Et Aui.dixit.alieꝰ
nent grana ⁊ olera ⁊ lac ⁊ fructꝰ recētes ⁊ gñaliter ꝓhibeā
tur eis ⁊ dentur quecūq̄ꝫ dicta sunt ꝓhiberi debere ⁊ dari
in caplo inflationis stomaci ⁊ etiā epatis.¶ Et in ipolar/
ca similiter ordināda est dieta.tam in ꝓhibendis q̄ꝫ in con
cedendis sicut in dieta asclitis dictum est.Fiat recursus ad
capitulū de cura male complexionis frigide ⁊ humide ma
terialis in stomaco ⁊ epate.

Cura v̄o idropisis ꝑ potiones q̄n𝔮ꝫ cōpleť itentionibꝰ
quaꝝ ꝑma digōnem ꝓcurat ⁊ malam cōplexionē
alterat in quocūq̄ꝫ mēbro fuerit.scōa mām digerit ⁊ vias
ꝑparat ⁊ aperit.tertia materiā euacuat.quarta mām diuer
tit.Et q̄nta accidētia emendat.¶ Scias q̄ in ꝑncipio cu/
ratio maxime vertiť ad mām:⁊ q꞉ multa est:⁊ q꞉ mala.q̄re
exonerāda est ab ea nā duꝫ est potens tolerare amotioneꝫ
mãe.

mie. Nā in ꝑcessu cū res magnificata ē et⁹ nō tolerat illō.

[Margin: Modus [illegible] de curatione mali complonis calide [illegible]]

ℭ Primā rem cōplentia iā dicta sunt in ca°. curationis ma/
laꝝ cōplonū māliuz epatis. Dic tñ aliqñ vtilia adducent.
Ante tñ oīa ꝙ lz stiptica in hac cura ꝯueniant: ꝙ mēbra
ꝯfortant: ꝙ hūiditates exiccāt: ipsoꝝ tñ vsus oꝫ eē pau/
cus solū vt sufficiat ꝯfortationē facere ꝛ liquefactionē mē
broꝝ ꝛ dissolutionē ꝓhibere vtūtis. Nō aūt vt possint sb/
tiliationē īpedire neqꝫ opilonū apriōnē. Dixit Aui. opꝫ vt
fiat exiccatio in idropisi a cā frida cū cā calida .i. auxilijs ca
lidis .s. actu ꝛ potentia ꝙ sint subtiliatiua ꝛ apitiua. sup. in
idropisi calida fiat cū tpatiō ad caliditatē ꝓuā. Indiget. n.
idrops calida medicis calidis habito respectu ad cām ꝯiū
ctā. Et indiget fridis habito respectu ad cām añtez. Et pt
dici ꝙ cura ei⁹ fit silis cure morboꝝ ꝯrioꝝ adinuicē cōpli
catoꝝ in qbus semꝑ cura dirigi oꝫ ad id qd magis īfestat:
non tñ alterū negligēdo. In hac aūt idrope cā ꝯiuncta ma
gis infestat. ℭ Dixit Auicē. idrops a cā calida si fuerit cū
apate opꝫ vt curet apa curatiōe sua. Et si fuerit mala ꝯplō
sine apate curet cuz infrigidatiōe. sup. ꝛ idrops curet cura
tiōe sua. q̄re opꝫ vt attēdas lat⁹ aquositatis ꝛ lat⁹ febris .i.
male cōplonis calide siue sit cum apate: siue sit sine eo. Ne/
qꝫ attēdas dixit Ser. ad vnā tātū qm̄ in hoc est error. neqꝫ
opꝫ vt attēdas illud qd dr̄ cōiter ꝙ idropisis nō sanat nisi
cū medicinis calidis. nā illud cōe dictū verificat vtplurīqꝫ
vtplurī idrops fit a cā frida. Non aūt verificat sempqꝫ ī sa
cta a cā cal'a curatio vt dixit Aui. fit cū fridis. imo oꝫ vt vi
tent medicinas calidas. qm̄ addūt in cā ꝛ sic in egritudine
ꝛ est in ipsaꝝ admistratiōe timor magn⁹. Et nō intellexit.
A. ꝙ fiat curatio in idrope calida cū fridis puris ꝑ illud/
qd dictū est debere curare idropisim curatiōe sua .s. verten
do intētionē ad cām ꝯiunctā que curat cū calidis. Et ideo
non opꝫ vt vitēt medicinas cal'as nisi puras ꝛ eleuatas in
gradu. ꝑmixte aūt cū fridis ꝯueniūt. ꝑ quaꝝ ꝯgrua ꝑmix/
tione dixit Aui. ꝯsidera vt ꝯiungas īter duo regimina cuz
facilitate. Et itende cū eis ꝙ equāt ꝛ resistūt vincēti. Dixit
Ras. in diuisionib⁹. in apliste a cā calida cū apate calido cu
ra est cōposita ex cura apatis cal'i cū cura idropisis. Scias
tñ ꝙ nō est tibi possibile dixit Aui. curare idropē calidam
dum apa ꝛ febris .i. mala cōplo calida stātia sunt. imo opꝫ
vt ꝑus curet apa ꝛ febris non tñ derelinquēdo idropisim.
Ad hec dixit Ser. necesse ē vt curem⁹ eos cū medicinis tē/
peratis postqꝫ resistim⁹ ei qd ex vtrisqꝫ est mai⁹. Naz si fe/
bris est magis vincēs admistram⁹ res īfridantes. Nā de ꝓ/
prietate febris est qm̄ sedat. ꝛ fit caliditas nālis equalis vt
fiat fortis v̄tus imutatiua sanguis ꝛ gñat sanguinē lauda
bilē. vñ gñatur idropisis. febris autē nō est possibile vt de/
struat nisi ꝑ illud qd resistit ei. Et idropisis nō qescit peni/
tus donec qescat cal'itas extranea: ꝛ sic inuit ꝑus esse ꝓcedē
dū ꝯ febrē. Dixit ergo Ser. ad recte curādū opꝫ vt cogscas
oēs cās que ꝓcesserūt: ꝛ ꝙ sunt ꝑñtes. Et nō audias ꝯsiliū
quorūdā q dixerūt: ꝛ ꝯueniunt in hoc ꝙ opꝫ vt calefiāt oēs
idropici. hoc aūt nō est veꝝ. ℭ In hac ergo ꝑma intētiōe cō/
plēda ꝯueniūt ac ēt in digōne iuuāda in idrope frida troc.
de lacca ꝛ troc. de reub. Et dyacostū. ꝛ dyacurcuma ꝛ dya/
lacca. de ꝙ dixit Ser. sup 9° Alm̄. ꝙ dyalacca valet īter oīa
mūdi ꝛ maior ꝛ minor. maior tñ est magis amara. ℭ Cōfe
ctio vtilis sic fit. ℞. cinamomi zēzi. cardamomi galāge añ.
ʒ. s. gar. sqnanti cimini acori. añ. ℈. j. calami aromatici cipe
ri sisileos añ. ℈. s. zuccari albi. ℥. vj. aq̄ apij feni. añ. ℥. ij. cōfi
ciant dos. ʒ. j. in ieiunio. ℭ Conueniūt ēt in hac itentiōe me
dicine opiate fermētate. sꝫ nō nisi in declinatiōe aut ꝑmissis
ꝓlib⁹ euōnib⁹: ꝛ multū minorata mā. Et Ylatic⁹ ꝯcessit ty
riacā ꝛ attanasiā .s. eā que describit 5° cañ. ꝛ maxie si sit cū
epate adib. Dixit Aui. scias ꝙ tyriaca ꝛ alchecbengi .s. qd

[Margin: De potu vrine.]

describit 5° cañ. ꝯferūt valde in fine idropisis fride. ℭ Ra
bi Moyses laudauit potū vrine admixto ei aliquātulo suc
ci rute. Et qdā ꝯcedunt vrinā egri ꝓpriā. Et qdā vrinā ado
lescētuli nō polluti sani ꝛ credo ꝙ ista sit melior. Et oꝫ esse
vrina matutinalis euōnis post digōnem. ꝛ oꝫ bibi mox cū
mingit. Quidā aūt ꝯcedunt vrinā camellaꝝ capraruz vel
ouiū. sed ego ꝓtermitto eas. ℭ In idropisi vō a cā cal'a cō/
uenit ꝯfectio dyarodō abbatis. dixit Ser. da in potu si est
cū febre aquā solatri. ꝛ aquā alchecbengi ꝛ aquā apij .i. sil
mixtas. Et vtiles sunt post acceptionē dicti electuarij itaꝫ.
Et ꝯuenit mixtura fcā ex dyalacca dyarodon abbatꝫ ꝛ tri/
sandalis eqs portionib⁹: ꝛ nō eqs bm̄ q̄litatꝫ gradū. Dixit
dyas. ꝙ succ⁹ folioꝝ ꝛ radicū vmbilici veneris ī idrope ca/
lida est remediū singulare bibit⁹. Et ꝙ sola radix ꝑpi⁹ cuz
oximelle bibita ꝯfert. Valet ēt semē alchecbēgi bibitum.
ℭ Plateari⁹ ꝛ ꝯciliator ponūt ꝙ succ⁹ plātaginis ē medi/
cina magna ꝛ efficax ad idropisim vt puto calidaꝫ ꝛ maxie
si fuerit cuz solone nāe. Et plateari⁹ posuit modū decoctio
nis eius. In quo casu Alm̄. ꝯcessit troc. de berberis: sꝫ vbi
nā ī esset stricta Almā. ꝯcessit troc. de mezereon q sic fiunt.
℞. seis scariole .i. endiuie. ʒ. v. mezereon. ʒ. j. agarici ꝛ succi
eupatorij. añ. ℈. ij. tamarindoꝝ rosaꝝ seis citruli. añ. ʒ. ij. s.
fiant troc. decē nūero de qb⁹ vnus det in die cū syrupo ace
toso simplici. ℭ Dixit Ser. ꝯferūt in hoc ipēs endiuie ama/
rere posuit ipse ꝛ ēt Haly. medicinā ꝯuenientē respiciētes
cām añtez ꝛ ꝯiunctā. Et adduxit eā ēt Auicē. ꝛ est vt exhi
beas eis aquā solatri alchecbēgi apij ꝛ cardamonn ꝛ tara
xacon: cū qb⁹ misceat aliqd de lacca abluta ꝛ croco ꝛ reu
bar. ꝛ mirabolanis citrinis. Et Hal. addidit ꝙ cū ꝑdictis
aqs distēperet pulpa cassiefi. ꝛ aliquot dieb⁹ egro detur.
ℭ Ego curaui duas idropicas a cā frida cuz tussi q̄ꝝ ven/
tres magnificati erāt ꝛ crura ꝛ coxe. Exhibui ēt eis ī potū
ol die in ieiunio. ℥. iiij. aq̄ prassij ꝛ. ℥. ij. eiusdē aq̄ de sero añ
cenā ꝑ. ij. horas. Et purgaui eas de 4° in 4ᵐ diē vel ꝑ ama
plius tps cū succo ireos de quo dicet inferi⁹: ꝛ sanate sunt
ꝑfecte in satis breui tpe. ℭ Quidā dnt ꝙ gūmi edere ē ma
ximi iuuamti in idrope frida suptuz in potu cū aq̄ mellis.
ℭ Dixit Plini⁹ lib. 32. ꝙ adeps delphini piscis cū vino li/
quat⁹ albo ꝛ bibit⁹ sanat idropē. ℭ Scda intētio cōplet

[Margin: Scda inte[illegible] [illegible] dig[illegible]]

cū syrupis ꝛ decoctionib⁹ ꝛ alijs apientib⁹ ꝛ habilitātib⁹
mām. Et in cā qdē cal'a vtilis est syrup⁹ q sic fit. ℞. endiuie
domestice ꝛ siluestris cicoree rostri porcini scariole epatice
scolopēdrie cetrach. dyātbos capilloꝝ ven. saluie siluestris
eupatorij fumiterre plātag. lupulloꝝ. añ. M. j. seminū cō/
muniū fridoꝝ passul. enucl. ℥. s. radicū apij ꝛ feni. endiuie
buglose añ. ℥. ij. cuscute camepitheos añ. ʒ. s. sqnanti cala/
mi aromatici. añ. ℥. ij. decoquant in aq̄ sufficiēti: ꝛ cū zuc/
caro fiat syrup⁹ ꝛ acetoset ꝛ aromatizet cū sandalis ꝛ ci/
namomo. Qz si affuerit febris acuta cū īflāmatiōe ꝛ siti va/
lida addent in decoctiōe ꝑdicta viole nenufar alchecbēgi
solatrū. semē lactuce ꝛ berberi. ℭ Decoctio vtilis ad idēꝫ.
℞. granoꝝ alchecbēgi seminū cōium fridoꝝ seminis endi
uie berberoꝝ. añ. ℥. j. capilloꝝ vene. cetherach scolopēdrie
añ. M. s. radicū acori apij feniculi endiuie cicoree buglo/
se. añ. ℥. j. s. cicerū nigroꝝ. ꝑ. j. decoquant ad sufficientiā ꝛ
de hac decoctiōe bibat cū zuccaro vel syrupo acetoso ꝛ va
let ēt cuz vino albo. ℭ In idrope vō a cā frida vtilis est sy
rup⁹ fact⁹ cuz succo apij depurato cū zuccaro vel melle qñ
ex eo ol die sumat. ℥. ij. cū tantūdē aque isopi. ℭ Syrup⁹
alius vtilis sic fit. ℞. radicū qnqꝫ ꝛ seminū carui. añ. ʒ. j. rae
dicū ireos acori ꝛ iari recentiū añ. ℥. i. s. calamētu betonice
origani mētastri sisimbrij prassi isopi camedreos camepi/
theos scolopēdrie saluie siluestris eupatorij thimi. añ. M.
j. asari sq. squinanti calami aromatici aristologie rotunde
centauree minoris cuscute cimarū absinthij. añ. ij. cipperi
gētiane liquiri. radicum capparis ꝛ seminis anisi leuitici ꝛ
charui. añ. ʒ. iij. decoquant ꝛ fiat syrupus cuz melle ꝛ ace/
tosetur cum aceto simplici vel squillitico ꝛ aromatizetur
cum nardo ꝛ cinamomo. Et competit syrupus de calamē/
to ꝛ syrupus de eupatorio. Et si febris adest cōuenit syru/

pus de bisantijs. ¶ Syrupꝰ valēs in vtraq; cā ⁊ valet i cā frida cū febre ⁊ valet in cā calida i pcessu ⁊ declinatiōe. ℞. capillorū vene. lupulorū scolopēdrie endiuie vtriusq; cicoree cicerbite eupatorij absinthij isopi calamēti cuscute tbimi aā. M. j. radicum feniculi apij petrosilij endiuie cicoree buglose ligri. seis anisi ⁊ feniculi ⁊ florū āthos aā. ℥. j. ros. squināti aā. ʒ. ij. saluie siluestris verbene. aā. M. ij. decoquātur ⁊ fiat syrupus cū zuccaro acetosus ⁊ aromatizatꝰ cum spica cinamomo ⁊ sādalis 7° ꝯtinētis. decoctio maiorane sūpta in potu ꝯfert idropisi valde ⁊ pꝛouocat vrinā. ¶ Absq; auctore. Aqua podagre lini non h̄z sibi simile in ꝯferendo idropisi accidenti cū caliditate opilatione ⁊ febre data in potu cū syrupo acetoso. qm̄ ipsa laxat aquā pꝛouocat vrinam aperit opilōnes ⁊ ꝯfortat epar ⁊ stōm. ¶ Dixit Gal. ⁊ scribitur 7° ꝯtinētis. medicamē de mētastro confert idropicis vehemēter ⁊ mirabilr ex vehemēti pꝛouocatione quā facit ꝑ vrinā. Dicit q; epar aqle exiccatū ⁊ supꝑtū ꝯuenit idropisi.

Tertia intētio [illegible] ¶ 3ª intētio cōpletur cū cūonibꝰ sensibilibꝰ ⁊ isensibilibus obseruādo i eis cāsi. dictos in pcedēti de cūone ꝑ fluxū vētris. ¶ In asclite dixit Aui. in scdā cā calida nō educas colerā in solone tua: q: ipsa resistit aquositati aliquo mō. s. cū caliditate ⁊ siccitate sua: ⁊ q: ad hāc curā est necīa cūo aquositatis: ideo nō sufficeret cūo colere. Et si duplat cūo: q: s. fiat colere ⁊ aquositatis: tūc accidit vtuti nocumentū: q: s. debilitatꝰ. Dn̄t quidā. cūo duplatꝰ: q: das pmo medicinam cūantē colerā deinde cā que cūat aquositatē: aut das solutiuū euacuās vtrāq;. Aut das solutiuū pluribꝰ vicibꝰ. Aut das fortius. Dixit Aui. hoc qdem dixi obserua nisi colera sit transgrediēs terminū in multitudie sua. tunc. n. cūabis eā: sed nō cū cūantibꝰ exsoluēdo vt non dupletꝰ ⁊ fortis fiat cūo: sed his ꝯtentꝰ eis que sūt sicut mirabolani. s. citrini. sūt eni bonū solutiuū in huiꝰ dispōne. Si aūt colera nō fuerit trāsgrediēs tunc necīuz est vt extinguatꝰ colera ⁊ nō cūetur q̄uis ēt ipse sit vel fuerit cā idropisis: s; solū cūetur aquositas. Dn̄t tn̄ qdam q; in pnᵒ. duz adhuc aquositas est pauca colera q̄ est cā idropisis cūari pōt ⁊ d;: sed in pcessu aquositate multiplicata nullo mō colera euacuetꝰ. Dn̄t alij nō euacues colerā. s. solū: s; cā sit cuz aquositate bn̄ euacuare debes. Et ita dixit Dinꝰ voluit Alm̄. q i sua cura docuit euacuare cū cūantibꝰ colaz ⁊ aquositate. ¶ Dixit Gale. in expōne libri pmi humorū. ⁊ ponitꝰ 7° ꝯtin̄. ⁊ scribitꝰ etiam a Rabi in 9ª pticula. idropisis carnosa cuz aderit opz te pꝛius cūare flegma ꝑ secessuz: ⁊ postea que expellūt ipm ꝑ gargarismū. q: gargarismꝰ purgat caput a flāte ⁊ cū flegma ē diffusuz ꝑ totum corpus purgamꝰ ipm vel in purgatiōe ⁊ sic h̄z Rabi Ras. aūt vbi supra h̄z cū flegma hēat pcessum in toto corpe, cōpetit q; cūo fiat de singulis ptibꝰ corpis. ⁊ detur in huius medicine lenitiue ⁊ calefactiue ad purgationez corpis per selonez ⁊ vrine pꝛouocationē. Et Ras. addidit ⁊ sudoris. Et subdit. ⁊ sumarie vtendū est oībꝰ spēbus cūonū flegmatis. S; in asclite nō est ꝯsequēda ista cūo cuz aq̄ īclusa sit in vno loco. vn̄ vtēdū est pmo eo qd̄ educit aquā. ¶ Dixit Aui. in timpanite nō adsit multiplicatio solutiuo rūq; q: multiplicāt vētositatē. ¶ Dixit Ipo. 7. aflo. ab idrope. s. asclite habito ſm venas. s. meseraicas in vētre. i. itestina aq̄ fluente. s. q̄ est in vacuitate vētris que est cā ꝯiuncta asclitis solo fit ⁊ curatio egritudinis. Pōt aūt ipsa aq̄ d loco suo trāsire ad meseraicas intrādo ꝑ porositates earū vel per porositates cpis ex epate deide pueniendo ad eas vel ꝑ alias vias nobis ignotas. Loqtur aūt Ipo. de ista eductione aq̄ facta a nā cui vie oēs note sunt. Et per pdicta Ipoc. īdocet nos q; qm̄ nā aut ipotens aut pigra fieret in educendo aquā nos debemꝰ ipsā ꝑ medicinas attrahētes aquositatē ad intestina deducere: ⁊ sic extra euacuare neq; in hoc pturbare nos d; qd̄ scripsit Ras. 7. ꝯtinen. cum dixit. si qs petierit in asclite curare nō reuertitꝰ aqua ad itestina. vidētū est q; nā nō h̄z ipsaz īducere ꝑ ꝯtinuū sui actus. q̄re non reuertitꝰ chilus ad itestina neq; colera rubea neq; nigra ad epar: qm̄ hoc h̄z vitatē in ordine nāli regulariter pcedētes. Ideoq; dixit Ras. ibidē. dico q; ꝯfidenter vtēduz est in idropisi asclite solone nāe: qm̄ si remāserit in tunicis itestinorū aliq̄ hūiditas augebit caliditatē in ventre: sed si fluxerit extenuabitꝰ venter: s; nō d; fieri laxatio supabūdans subito cū inde destuat vtus. Dis. n. cūo supfluens in q̄titate aut scdm nō suo tpe est mala. est tn̄ in dispōne cal'a rectior. i. minꝰ mala q̄z in frida: q: in frida vtus est debilior. fiat ergo cūo caute. i. paulatim. ¶ Dixit Uiaticꝰ. medicinarū cūantium

De medicīs aquā educētib⁹ aquā q̄dā educunt ipsā cū pprietate attrahēdi. Et de istis quedā sunt fortes quedā mediocres ⁊ quedam debiles: s; de fortibꝰ sunt lac titimallorū ⁊ mezereon ⁊ euforbiū ⁊ succusꝰ cucumeris asinini colognitida scamonea turbith non acuitū cum zenzi. ⁊ filia vt laureol ⁊ cataputia. ⁊ his fortibus nō est vtendū nisi in pncipio ⁊ quousq; virtus ꝯstans fuerit ⁊ maxime conceduntꝰ in carnosis ⁊ hn̄tibus mēbra solida ⁊ rusticis. ¶ Mediocres vo sunt sicut serapinū de quo dixit Aui. q; ipm est bonū solutiuū in dispōne frida. Et ieros ⁊ succus ebuli vel sambuci. ⁊ succꝰ vrtice ⁊ aq̄ foliorū rafani ⁊ his filia vt opponacū ⁊ succꝰ radicū palme xp̄i. ¶ Debiles vo sunt sicut aq̄ cardamomi ⁊ hic errauit trāslator q loco cardamomi debebat ponere soldanellā vt appebit in ſmone 8° cap. de soldanella. Et sicut aqua solatri ⁊ syrupꝰ acetosus de mezereon ⁊ sicut succꝰ menthe ⁊ exponitꝰ. i. volubilis minoris: ⁊ sicut aq̄ cuscute ⁊ fumiterre ⁊ similia. Et dicunt qdam q; stercꝰ colūbinum ⁊ eis silia euacuant aquā: non q: attrahāt ipsaz: sed q: inanisūt vētrē ad cuius inanitionē seqtur attractio aque. ¶ Et q̄dam euacuant aquā dixit Uiaticꝰ cum quadā sui silitudine ⁊ societate sicut lac ⁊ pprie serū eius. Et sumptū ex lacte caprarū vel asine est meliꝰ calefactis. Serū eniz aperit orificia venarū ⁊ vasorū ⁊ lubricat liquiditatē ⁊ subtile sue substātie ⁊ cōpellit secum lubricare aquositatē. Nā ⁊ ipsa sequitur lubricando ex silitudine sue substātie: ⁊ q: sociatꝰ ei. Et huiꝰ generis dici potest q; sit ius allaude ⁊ ius gallorū decrepitorū ⁊ ius cauliū ⁊ similia. Dixit Aui. ex bonis lenitiuis ē ius alcanabith. i. auis allaude. qdā vo dn̄t. i. ius caul. grossi crispi. ⁊ ius gallorū ⁊ pprie cū polipodio aneto ⁊ silibꝰ. ¶ De medicinis aūt solutiuis ꝯuenientibus in asclite cal'a sunt pillule de raued. Almā. q̄ sic fiunt. ℞. reubarbari succi eupatorij seminis endiuie. aā. ʒ. iij. agarici. ʒ. s. mezereō ʒ. x. fiant pillule. dixit Alm̄. dosis eaꝝ est. ʒ. ij. s. ⁊ sumatꝰ ex eis oī hebdomada dosis vna. Ista tn̄ est nimis magna dosis ⁊ nō d; dari nisi in valde fortibꝰ. cūant autē aquā ⁊ cōfortant epar. ⁊ silr ꝯueniūt in hyppsarca a cā calida. ¶ Et ex eis est syrupꝰ de ireos q fit ex succo radicum eiꝰ decocto cū melle vel zuccaro. Multi tn̄ auctorū voluerūt q; detꝰ succus eius solus. Un̄ Simeō vt scribitꝰ 7° ꝯtinen. dixit. da in

De succo ireos ⁊ palme xp̄i. potu de succo ireos recēte. ʒ. iiij. Et Georgiꝰ dixit vt ibidē ponitꝰ. si qs sumit succū ireos in potu erit isallacia magna. s. in eiꝰ suptione. Dixit Gor. expꝰ sum succū ireos ⁊ d; eē crudus. nā cocꝰ nihil facit. ⁊ dos. eiꝰ est q̄tū testa oui capit vel ab. ℥. s. vsq; ad vnā ⁊. s. post q̄z fecerit residentiā. Et d; sumi de radicibꝰ ireos mūdatis. ⁊ pōt misceri cū eo zuccaruz: ⁊ pōt sumi cū ouo sorbili. Dixit Gordo. q; pculdubio sanat oēm idropicū qui humana manu pōt curari: vn̄ tn̄ continuetꝰ. educit. n. qualibet vice tres vel q̄tuor fialas aq̄ citrine. Et dixit. h̄ medicamē solū est sufficiēs. Ego aūt dico q; expꝰtus suz cū eo ⁊ iueni validū: ⁊ expꝰ suz succuz radicū palme xp̄i ⁊ iueni ipm vtuosum sicut succū ireos: ⁊ nō ita vult meri in descēsu eius ad stōm sicut succus ireos. ¶ Et dn̄t q; in ptibꝰ campanie ⁊ circuitibꝰ eius est q̄daz planta quā incole vocāt potafindulā. ⁊ Simō ianuēsis dixit q; est ex spēbus saxifragie q̄ ostensa fuit sibi rome cuiꝰ radix soluit vltra oēs alias medicinas solutiuas. Et educit aquā cuz fortitudie ⁊ humores grossos flāticos. Et valet in

asclite

aſclite ꝛ ipoſarca. ꝛ doſ. ei⁹ eſt a granis. v. uſq; ad. x. ¶ Di-
xit Gerar. ſup 9° Almã. ℞. folioꝝ laureole ſicce. ℥. ſ. ꝛ pul
uerizeᷣ ſubtiliter ꝛ infundanᷣ duob⁹ dieb⁹ nãlib⁹ aut tri-
bus in ſucco citonioꝝ ꝛ aceto. añ. poſtea icorporenᷣ cũ ſy-
rupo ro. ꝛ fiat inde maſſa de qua dari põt tãtũ q̃ in ea ſit
põdus. v. granoꝝ ordei de puluere p̃dictoꝝ. vel pro delica-
tis. ℞. decoctiõis folioꝝ laureole. ℥. iiij. ſyrupi roſ. ℥. ij. ci-
namomi. ℈. j. ꝛ detur. ¶ Dixit Guil. idubitãter credat ois
hõ q̃ ſolũ cuʒ exhibitiõe. ʒ. ij. reub. electi pulueriʒati cum
℥. ij. oximellis cõpoſiti diſtẽperati cum decoctiõe lactuce ꝛ
ſcariole ꝛ radi. feni. multos curauim⁹ exhibẽdo h̃ medica-
mẽ illis in aurora de 3° in 3ᵐ. vel de 4° in 4ᵐ. Et ſi idropi-
cus erat debilis dabã ſolũ. ʒ. j. reub. Et reub. qdẽ in ipoſar-
ca eſt medicia ſolẽnis curãs eã q̃cunq; cã fuerit. Dixit. n.
Raſ. 7° ↄti. laborãtib⁹ idrope carnoſa meli⁹ medicamẽ ẽ
reub. ¶ Et dixit iteꝝ Guil. q̃ ſi ex ſucco cucumeris aſini-
ni fiat pillula magna ad modũ ciceris groſſi ꝛ exhibeatᷣ in
media nocte poſt quã bibanᷣ. ℥. iij. vini decoctiõis reub. ꝛ
mellis q̃ ſanat oẽm aſcliticũ expellendo totã aquã in vna
die vel q̃ſi totã. ¶ Dixit Ser. ꝛ ſcribiᷣ 7° ↄtiñ. herba cu-
cumeris aſinini diſſoluit aquã violẽter ꝛ valde cũ i h̃ aliis
ſit vtilior. Et dixit q̃ hec herba ẽ actis. vñ neſcio dixit Ra-
ſis. ſi ẽ herba cucumeris aſinini an alia herba. Et credo q̃
ille text⁹ ſit corrupt⁹: q2 actis eſt ſambuc⁹ vel ebulus ꝛ dʒ
dicere ꝛ ſilr actis. ſ. educit aquã. Nã. ℥. ij. ſucci radicũ ebu-
li educũt aquã idropici. Et ſilr ẽt ſucci radicũ ſambuci: ꝛ eſt
tñ nimis magna doſ. Ego. n. do de ſucco radicũ ſambuci:
a. ʒ. ij. vſq; ad q̃tuor ꝛ de ſucco radicũ ebuli a. ʒ. iiij. vſq; ad
viij. ¶ Dixit Guido de aretio q̃ ſucc⁹ expſſus a radicib⁹
ebuli dat⁹ oĩ die vſq; ad. 9. dies decreſcẽte luna q̃ʒtum oui
teſta capit ſanat idropicũ. ¶ Dixit Ser. ſm dyaſ. q̃ radix
ebuli in vino cocta ꝛ data in cibo mirabiliter ↄfert. Et ſe-
dẽte in decoctiõe ei⁹. Et dñt qdã q̃. ʒ. vj. ſucci radicũ ebuli
ſumpte validiſſime ↄferunt. Et. ʒ iij. ſucci radicũ ſambuci
vel. ℥. vj. aque decoctiõis eoꝝ. Et qdaʒ accipiũt ſuccum de
mediano cortice ſambuci ꝛ exhibẽt ſolũ vel cum oximelle
educit hũores aquoſos ꝛ alios difficilis eradicationis. Et
dñt q̃ q̃ſi dict⁹ cortex ſumiᷣ ſi fiat abraſio verſus ptẽ ſupio-
rẽ educit p vomitũ. Et ſi verſus iferiorẽ p ſeceſſuʒ. Et dñt
q̃. ʒ. ſ. radicis cucumeris aſinini bibita educit aquam ſine
nocumẽto. ꝛ q̃ vinũ decoctiõis ei⁹ bibitũ ẽ multi iuuamẽ-
ti. ¶ Solutiuũ ↄueniẽs in idropiſi a cã cala. ℞. ſucci eupa-
torij. ℥. j. ſ. lacc. ʒ. ij. ariſto. ro. ʒ. ij. ſ. floꝝ ſq̃nãti. ʒ. j. coſti. ʒ.
j. ſ. ſeminis cucumeris ꝛ lactuce añ. ʒ. j. ſcamonee. ʒ. ſ. doſ.
ʒ. ij. ¶ In aſclite võ a cã frida. ſolutiua ↄueniẽtia ſunt pil-
lule de ſerapino ꝛ pillule de euforbio. dʒ aũt rectificari eu-
forbiũ ſic. ℞. euforbij pulueriʒati. ℥. ſ. farine ordei ꝛ muci-
laginis dragagãti. añ. ʒ. ij. miſceanᷣ ꝛ fiat magdaleon cum
ſucco citonioꝝ. deinde inuoluaᷣ in paſta ꝛ ponaᷣ in furno
tẽperate caliditatis ꝛ dimittaᷣ vſq; ad decoctionẽ paſte: dein-
de extrahaᷣ. ꝛ paſta ↄijciatur. Ex illo aũt ſic decocto datur
a. ℈. ſ. vſq; ad. ℈. j. cuʒ ſorbili vel in nebulis vel cũ ſyrupo
roſ. vel aliquo alio ↄueniente. ¶ Medicamẽ bonũ. ℞. eu-
forbij cimini maſticis. añ. ʒ. j. ſerapini. ʒ. ij. aggregeᷣ doſ. a
ʒ. ſ. vſq; ad. ʒ. j. Et ex eis eſt medicamẽ de alſcebrã poſitum
in antidotario meſue. ¶ Dixit Tabri 7° ↄtiñ. euforbium
ſumptũ cuʒ ouo attrahit aquã violẽter ꝛ doſ. eſt. ʒ. ij. Sed
hĩſerapiõ dixit doſis eſt. ʒ. j. ꝛ vtraq; eſt nimis magna doſ.
¶ Syrupus ſolutiu⁹ bon⁹ ſũptus de 7° ↄti. ℞. aq̃ rotul.
iij. folioꝝ laureole. ℥. j. infunde folia in ipſa aq̃ p triduũ: dei-
de coquanᷣ ſup focuʒ lentũ donec remaneat rotul. j. deide
coletur ꝛ in colatura ponaᷣ aceti vini clari rotul. ſ. ꝛ ʒucca-
ri clari rotul. j. ꝛ decoquaᷣ ad pfectionẽ deinde auf. j. eu-
forbij ponaᷣ in pãno ꝛ ſubmergaᷣ in ſyrupo duʒ diſſolua-
tur in eo ꝛ reſeruecᷣ. Et cuʒ opus fuerit da in potu ex eo. ℥.
j. Et duʒ daᷣ hoc medicamẽ in potu illiniẽdũ eſt epar cum
vnguẽtis ↄfortatiuis ꝛ dato ſup ip̃m ſuper eo q̃ confortat

epar ꝛ infrigidat vt endiuia ſolatro ꝛ ſilibus ſi fuerit in eo
caliditas violẽta. ¶ In ipoſarca ↄueniunt pillule de agarico
ꝛ eliũm induʒ ſepe ſumptũ. Pille valde vtiles ad ipoſarcã
fridaʒ. ℞. cinamomi ſq̃nãti cuſcute croci calami aromatici
ſeminis apij ſu. praſſij nardi aſari maſticis myrrhe. añ. ʒ. ſ.
ſerapini agarici. añ. ʒ. iij. euforbij turbith cologn̄ti. añ. ʒ. j.
reub. ʒ. iiij. aloes ad põdus oiuʒ ↄficiãᷣ cũ ſucco eupatorij
ꝛ abſinthij. ¶ In tipanite dixit. A. euẽᷣ hũor aquoſus hu-
midus ſi ipſa eſt ꝓpter retentionẽ ei⁹: nã a tali hũore humi-
do flãtico eleuaᷣ vẽtoſitas. Et de ↄferẽtib⁹ in ipſa ſunt pil-
lule de ſerapino ꝛ valẽt multũ pillule q̃ ſic fiũt. ℞. aniſi ſe-
minis apij gẽtiane ariſtolo. ro. cinamomi galãge ʒedoarie
ſalis indi. añ. ʒ. ſ. maſticis. ʒ. j. ſerapini reub. añ. ʒ. iij. aloes.
ʒ. 6. doſis a. ʒ. j. vſq; ad. ij. poſtq̃ ſunt ↄfecte cum ſucco ru-
te. ¶ In oĩ aũt ſpecie idropiſi cõpetit alchechẽgi deſcriptũ
in antidotario Meſue. eſt tñ debilis ſolonis. ¶ Aliud ſi-
militer valẽs dixit Raſ. 7° ↄti. dico hoc eſt electuariũ mi-
rabile. ℞. maſticis ſpic. roſ. reubar. lacce añ. ptẽ. j. laureole
infuſe in aceto ptes. ij. agarici turbit añ. ptes. ſ. ↄficiantur
cum carne citonioꝝ aceto ꝛ melle. ¶ Dixit Raſ. 7° ↄtiñ.
es vſtum ꝛ ſim⁹ colũbinus equalr diſtẽperenᷣ cum ſucco
ſolatri ſilueſtris ꝛ fiant inde pillule aur. j. ꝛ detur cuʒ aqua
decoctionis aneti ꝛ abſinthij. Et Archigenes dixit. da in
potu ex ere vſto ꝛ fimo colũbino ruta ꝛ ſale. ¶ Et quidaʒ
℞. eris vſti fimi colũbini ruthe ſicce añ. ʒ. ij. euforbij. ʒ. j. ꝛ
ↄficiunt cum ſucco apij ꝛ exhibẽt a. ʒ. j. vſq; ad. ij. ¶ Dixit
Bimaſui 7° ↄtinẽtis. ſi coquaᷣ gallus cum herba granoꝝ
regioꝝ ꝛ eſt hen ꝛ corrigiola minori. i. volubili minori aut
bliti ꝛ ſumaᷣ ius eius in potu laxabit aquã. ¶ Dixit Ger.
ſuper 9° Almã. qdam faciũt miracula cum praſſio in pau-
perib⁹ idropicis. dant enim ſuccũ eius depuratũ cuʒ vino
albo ꝛ ʒuccaro vel melle ieiuno ſtõ mũdificatis inteſtinis a
fecib⁹. Ego autẽ dico q̃ hoc medicamẽ de praſſio maxime
valet q̃ñ idropiſis eſt ↄiuncta cũ icteritia aut ſeqtur ad ip-
ſam. ¶ Dixit Bimaſui. ſi infirm⁹ eſt debilis laxãdus eſt cũ
emplaſtro ↄfecto de pulpa cologn. cameron laureola ꝛ car-
tamo ſcamonea turbith felle taurino vel vaccino cucume-
re aſinino ireos ſigia ꝛ euforbio diſtẽperatis cũ cera ꝛ oleo
Sed Raſ. dixit h̃ eſt malũ valde: eo q̃ excitãt caliditatẽ ma-
gis q̃ ſi fuerint ſũpta in potu. Et dixit. dico ad corrigẽdũ.
hoc eſt vnguentũ ad aquã corrigẽdũ. ℞. es vſtum fimũ co-
lũbinuʒ ſuccũ cucumeris aſinini pulpã cologn. laureolaʒ
cameron ireos ꝛ abſinthiuʒ ꝛ diſtẽperatis oĩbus inde fiat
vnguẽᵐ cuʒ vrina caprina poſito in fine ↄfectiõis ei⁹ mo-
dico oleo liliorum ꝛ de eo ſuppoſitio fiat ventri: q̃m educet.
¶ Gal. quoq; 9° meimir. poſuit vnguẽta que ſoluũt ven-
trẽ. ℞. radicũ cucumeris agreſtis minã. j. ꝛ decoque i vino
in quo fuerint cocta mina. ſ. ficuuʒ ſiccaꝝ poſtea tere ea ꝛ
miſce eis radicẽ altee equale ꝛ coque ſil' ꝛ tere ꝛ ita appo-
ne. ¶ Aliud. ℞. fellis tauri ꝛ nitri añ. ptem. j. piperis ptes
ſ. permiſce cuʒ melle ꝛ appone ſupra ventrẽ ſpatio medie ho-
re. ¶ Dñt qdaʒ q̃ empla ſoluentia ventrẽ pñt adminiſtrari
in idrope a cã frida in caſu q̃ patiens nõ poſſet recipe me-
dicinas p̃ſeri⁹ pp abbominationẽ vel debilitatẽ. ¶ Edu-
cunᷣ ẽt humores groſſi ꝛ aquoſi ꝛ aqua aſcliticoꝝ p clyſte-
ria facta ex decoctiõe radicuʒ ebuli ſambuci ꝛ ireos laureole
ꝛ cẽtauree minoris. ¶ Euacuatio quoq; i hypoſarca ſit cũ
gargariſmis ꝛ caputpurgio ex eis que dicta ſunt in ſmo-
ne tertio de cura ſode. Dixit Aui. ꝛ ſunt vba ſeptimi cõti-
nentis. in aſclite ſternutatio cuʒ medicinis ꝛ inſufflõnes. ſ.
in nares ꝛ alia que ↄferunt eis. ſ. ad ſternutãdũ ſunt ex eis
q̃ deponũt aquoſitatẽ ꝛ extrahunt eã ad vias euacuatiuas
ſ. egõnis ꝛ vrine. ꝛ h̃ q2 ſternutatio mouet dyafragma cu-
ius motu mouenᷣ nãlia mẽbra cõpreſſa ꝛ incitanᷣ ad expu-
mendũ aquoſitatẽ. Valet ẽt ſternutatio ad deponendũ ad
inferiora ventris aquoſitatẽ q̃ñ queriᷣ q̃ inciſio fiat in vẽ-
tre ad extrahenduʒ aquoſitatem. ¶ De euacuatione ven

Marginal notes (left): De reu-barbaro. — De ſucco e herba cu-cumeris aſinini. — De ebulo e ſãbuco. — Solutiua in aſclite.

Marginal notes (right): In ipoſar-ca. — In tipa-nite. — In oĩ ſpẽ. — De clyſte-ribus. De garga-riſmis e ca-putpur-gio. — De [illegible]

per vinū. dixit Archigenes. radicē calamēti coque ⁊ da in
potu. Et qdam dicūt q̄ succ⁹ eius depurat⁹ valet cum su/
mitur ex eo oī mane. ʒ.ij. ℭ Diureticū vtile. ℞. seri caprini
℥.iiij. nardi. ʒ.ij. bulliāt leuiter vsq̄ ad ꝯsūptionē tertie par
tis ⁊ bibat. Et valet decoctio mētastri. Et decoctio rubee
tinctoꝝ. ⁊ sēis apij. ⁊ feniculi. absinthij ⁊ plātaginis. Et va
let puluis betonice cipperi ⁊ camedreos sumpt⁹ cum vino
diuretico. Et de vtilib⁹ est vinū decoctiōis radicū cucume
ris asinini bibitū. Et puluis scorpionū sumptus cū deco/
ctione spice. ℭ Dixit Ipo. 4° regiminis acutoꝝ ⁊ filr Ra/
sis. 7° ꝯtiñ. Et adducunt verba eoꝝ ab Aui. cū dixit. Di/
xerunt qdā. opꝫ vt adducant cantarides ⁊ auferant capita
⁊ ale eaꝝ. s. ⁊ pedes deīde resoluant corpa earū in aqua
mellis. s. post triturationē earū ⁊ ingrediat patiēs balneū
⁊ sumat illd in potu. aut comedat cū eo panē. Sꝫ hoc apd
me dixit Aui. est error maxim⁹. Dñt qdam est error maxi/
m⁹. s. exbibere cantarides. quoniā qñocunq̄ bibant time
tur ex eis viarū vrine excoriatio aut dyaria vrine. Alij dñt
⁊ meli⁹ est error maxim⁹. s. dare cātarides cū aqua mellis
aut cū pane ⁊ in balneo: q2 tunc magis nocēt ⁊ inducūt ex/
coriationē vel dyariā vrine iuuante aqua mellis ad abrasio
nem viarū ⁊ balneo ad apertionē: ⁊ pane. i. cibo ad lōgam
morā in corpe: sed nō est error maxim⁹ in exbibēdo eas ſm
q̄ opꝫ. Nā hoc ēt docuit Aui. cū subdit plus qd expertū
est debere sumi ex eis in potu est charates vna: ⁊ est pōdus
quatuor granoꝝ ordei. ⁊ sumat in potu aquaꝝ expressarū
notaꝝ. i. cū succis vel decoctionib⁹ notis ad rectificādū cā/
tarides ⁊ ꝓhibēdū nocumēta ipsaꝝ que. s. dicta sunt i tra
ctatu de venenis ca° de his q in potu sumpserūt cātarides.
Uerūtñ non debēt exbiberi nisi qñ alia diuretica admini/
strata nō ꝯtulerint: ⁊ tunc ēt cū cautela ⁊ cū ꝯmixtione suc/
coꝝ fridoꝝ viscosoꝝ ⁊ stipticoꝝ. ℭ Dixit Albert⁹ bono/
nie. sume cātaridē vnā abscisis pedib⁹ alis ⁊ capite ⁊ misce
cū. ʒ.ij. seminū cōium fridorū bene incorporādo. deinde to
tū hoc cōmisce cū. ℥.ij. zuccari viol. liqdi: ⁊ de isto toto da
quolibet mane. ʒ.j. cum ciato vno vini albi subtilis tñ de/
bilis. pus tñ vnge genitalia ⁊ pecten cum oleo anetino vt
sedet dolorē per cantaridē inducēdū circa ptes vesice. Et si p
h nō sedaret sedeat in aqua tepida. Et sumat in comestiōe
panē cū vino faciēdo offam. Et dixit Albert⁹ q̄ qdā idro
picus ab oībus distēperat⁹ curat⁹ fuit solū cū vino de mal
uasia ipꝫ ꝯtinue bibēdo ⁊ in ipso carnes ⁊ sua cibaria de/
coquēdo. ℭ Ser. sup 9° Almā. laudauit vinū decoctiōis
floꝝ rorismarini. nā dixit q̄ est expimentū vetulaꝝ. Nā ac
cipiunt flores illos ⁊ pistant ⁊ faciūt ex eis cū pasta artho
cleā quā ponunt in furno ad decoquēdū ⁊ cū cocta fuerit
frangūt ipsā minutissime. Et ponūt in vino ad dissoluen/
dū per dies ⁊ noctē deinde illud vinū exbibent ad bibēdū.
Et filr Aui. multū laudauit succū calamēti. ⁊ Serap. dixit.
dosis ei⁹ est. ℥.j. facta residētia. ℭ Clysteria quoq̄ ⁊ suppo

De clysterib⁹ ⁊ suppositorijs.

sitoria in educēdo aquā ꝓprietatē habent. Clystere bonū.
℞. folioꝝ laureole. ʒ.ij. agarici polipodij. añ. ʒ.j.ß. cuscute.
ʒ.iij. decoquant in succo ficle ⁊ colent ⁊ superaddat benedi
cte. ℥.j. electuarij indi. ℥.ß. mellis. ʒ.ij. salisgēme. ʒ.ij. olei cu
cumeris asinini. ℥.iij. ℭ Aliud ꝯueniēs in asclite ⁊ ypolar/
ca. ℞. agar. cologn. artanitā radic. cucumeris asinini tur/
bit laureolā blitim ⁊ mercurialem ⁊ decoque sufficiēter in
aqua ⁊ cola ⁊ in colatura pone bñdictā ⁊ eluum indū oleū
⁊ salem. ℭ Clystere ꝯueniēs in timpanite. ℞. anisi feniculi
cimini ameos carui cartami polipodij. añ. ℥.j. baccarū lau
ri. ℥.ß. laureole rute sicce salisgēme. añ. ʒ.ij. olei anetini. ℥.
iij. electuarii indi ⁊ de baccis lauri. añ. ℥.j. ℭ Dixit Almā.
clysterizet cū oleo rutaceo. ℭ Suppositoriū ꝯferēs. ℞. be
nedicte. ʒ.ij. ⁊ decoquat ⁊ in fine superaddatur puluis qui

De resolutiuis in asclite [illegible]

sic fit. ℞. laureole colog. elacterii. añ. ʒ.j. salisgēme. ʒ.j.ß. ru
te sicce castorei cimini. añ. ℈.j. informant suppositoria ⁊ li
gent cum filo ⁊ vtatur eis patiēs. ℭ Dcciones aūt insensi/
bili p resoluētia empl'a ⁊ fomētatiōes in asclite dixit Aui.
q̄ in eis non debēt resoluētia misceri cum stipticitate forti
siue multa: q2 opilādo poros ꝓhiberēt resolutiua a resolu/
ne aque. Et dixit q̄ in asclite a cā frida debent applicari to
ti vētri: sed in asclite a cā calida nō debent approximari su/
pra regionē epatis: sꝫ supra residuū vētris. Et supra regio/
nē epatis debēt apponi que tēperate infrigidēt ⁊ ꝯfortant
epar. Aliq tñ apponunt remedia supra totū ventrē: sꝫ post
remotionē eoꝝ alterant epar cū tēperate frigidis. ꝓm⁹ tñ
modus est melior. In timpanite vō in appōne remedioꝝ
supra ventrē dixit Aui. fiat tentatio an ꝯferant. Nā si non
ꝯferunt dimittant ⁊ sequere euōnes donec plurimū vētosi
tatis euatū fuerit. ℭ Dixit Ras. 7° ꝯtin. oēs farine semi/
nū exiccatiue ⁊ abstersiue sunt ꝓprie in emplastris idro/
pisis vt farina ordei fabaꝝ cicerū lupinorū ⁊ borobonū.
Dixit Gal. vt ibidē scribitur. vidi idropicos illinire se luto
calo ⁊ ide habere maximū iuuamētū. Et dixit Gal. q̄ co/
zule. i. limacie trite cū cōchis suis ⁊ posite sup ventrē idro/
pici sugunt aquositatē valde. Bimalui tñ vt dī 7° ꝯtinēti
dixit concole marine trite cū cortib⁹ eaꝝ ⁊ emplastrate su
pra ventrē idropici non separant ab inflatiōe donec eā dis
soluant ⁊ ꝯsument būiditates ei⁹. Sera. ēt ⁊ Aui. hoc em
plastrū ponunt. terant limacie cū ostrachijs suis extēdā/
tur sup ventre ⁊ dimittant donec exiccent ⁊ per seipsas ca
dant ⁊ remoueant a ventre. Quidā āt dñt debere permis
sceri eis modicū aceti ⁊ dñt post amotionē earū alie appo
nant. ℭ Dixit Gal. 9° meimir. Asclipiadis emplm humi/
ditatē bibens. ℞. farine spelte sextarios duos: floris lapi
dis asij sextariū vnū. mūmie lib. j. tere diligenter ⁊ aggre/
ga cū axungia porcina antiq̄ que sufficiat. Sit aūt axūgia
infusa in vino p totā noctē. ℭ Aliud qd soluit sclirosim
⁊ bibit būiditates que sunt in ꝓfundo. ℞. cere picis naua/
lis. añ. ℥.ij. alluminis būidi sulfuris viui mūmie nitri rub.
añ. ℥.ß. terbētine. ℥.j.ß. olei antiqui. ℥.iiij. aceti q̄tum suffi/
cit dissolue que sunt sicca ⁊ vtere. ℭ Aliud quod fit p bac
cas lauri dissoluēs dēm duritiē ⁊ bibēs apostalca q̄ sūt in
ꝓfundo. ℞. cere resine pini ⁊ picis sicce baccaꝝ lauri siccaꝝ
cū nitri rubei ammoniaci adipis vitulini añ. q̄lr que sicca
sūt tere ⁊ liq̄factibilia liquefac ⁊ cōpone ⁊ vtere. ℭ Dixit
Archigenes sterc⁹ vacce gregalis siccū tere ⁊ ꝯmisce cum
oxicrate ⁊ addita q̄rta pte sulfuris viui pone sup ventrem.
Et chiran⁹. ℞. stercoris vaccini puluerizati lib. j. sulfuris.
℥.j. succi caulīū. ℥.iiij. ⁊ oua cruda. iiij. incorporent ⁊ extē/
dant super vētre. Sterc⁹ ēt vaccinū valet ⁊ distēperatū cū
vrina capre est efficax. ℭ Dixit Auic. de iuuātib⁹ est sterc⁹
vaccaꝝ ⁊ caprarū non pascentiū herbā minimā vel minu/
tā. i. extñtes circa ꝓn^m sui ortus qñ adhuc pua est: q2 nimis
būiditate pticipat. sup. sꝫ pascentiū herbas magnas elōga/
tas a ꝓn° sui ort⁹. ℭ Emplm fiue in initio vtilis. ℞. stercor
ris vaccini veteris cipperi sulfuris añ. distēperata cum aq̄ ⁊
aceto ⁊ succo [illegible] tamarisci ⁊ salicis. ℭ Empl'm
aliud. qd est validū. ℞. farine ordei cipperi fecis vini vete/
ris bauracb boliar. añ. ptes eq̄les incorporent cū vino vel
vrina vel lixiuio. hui⁹ naq̄ ꝓprietas est aq̄ magnā ꝑciꝑ
care. ℭ Empl'z aliud vtile. ℞. stercoris caprini modificati
in aceto. ℥.iiij. cipprei olibani balaustiarum. añ. ℥.ß. boli arme.
j. aggregent ois cū vino stiptico ⁊ ventri supponat. Em
pl'm aliud vtile. ℞. farinā spelte ⁊ oroboꝝ ⁊ incorpora cū
succo ebuli ⁊ vino cocto vel sapa ⁊ suppone. ℭ Aliud vtile
℞. marcasite lib. j. calcāti. ℥.iiij. resine pini. ℥.xij. medulle
cruris vituli q̄tum est medietas omniū ē. n. expertū. ℭ Nō so
lū āt ventrē emplare oꝫ ⁊ curare: sꝫ in oī idropisi ꝯuenit in/
flatiōi pedū ⁊ tibiaꝝ ⁊ alioꝝ mēbroꝝ attēdere. Nā ex illa
mā mala in illis mēbris retēta ascēdūt vapores mali ad vi/
scera ledētes ea. grauat ēt ipsa mā nāꝫ. ꝓhibetq̄ ab exerci/
tio ⁊ alijs q̄ꝓpib⁹ ꝯueniētib⁹ reb⁹. Lutū illud qd adheret
rotis currui illinitū sup pedes ⁊ alia mēbra multū valet.

ℭ Cataplasma

❡ Cataplasma bonũ tibijs iflatis ꝛ etiã alijs mẽbris fit ex decoctiõe sãbuci ebuli radice ꝛ ellebori albi decoctis i vino lixiuio vel aq̃ lotis ide mẽbris ꝛ sup eis fcõ ex subs dictarũ rerũ cataplasmate. Et sola folia sãbuci aspsa vino sup tegulã calãz ꝛ supfassiata valẽt. Cõfert ẽt ipoꝝ lotio fcã cũ lixiuio fcõ cũ cinere cerri ꝛ vitis in quo ferueãt bacce lauri grana iunipi ꝛ sal. ❡ Emplm valẽs mẽbris iflatis ypofartico rũ. ℞. boliar. cippi sgnãti acori yreos sulfuris farine ordei ꝛ lupinoꝝ. añ. ℥. i. aggregent̃ cũ lixiuio ꝛ oleo amig. amaraꝝ ꝛ extẽdant̃ vbi opz. ❡ Emplm aliud vtile ɔferẽs i yposarca a caliditate. ℞. mirti rof. balausti. boliar. cippi yreos. añ. ℥. i. farine ordei. ℥. iij. confice cuz lixiuio ꝛ oleo de lilijs. ❡ In timpanite ɔpetit emplm de baccis lauri ꝛ ẽt emplm de melliloto. Et dixit A. vaporet̃ vẽter eoꝝ cũ milio ꝛ furfure ꝛ qdã supplẽt ꝛ sale ꝛ si ɔfert ei seq̃re cũ eo. sup. ꝛ si nõ ɔfert dimitte vt supra vel ꝛ si nõ ɔfert: q2 ista sint debilia vaporatio fiat cũ fortioribus. ❡ Olea võ ad illiniẽdũ vtilia sunt oleũ de lilio ꝛ de fisticis ꝛ de amig. amaris. Et oleũ de cucumere asinino ẽ validũ. Silr quoq3 pñt fieri epithimata ꝛ fomẽtatiões ꝛ fulnigatiões ꝛ alia multa ad resoluendũ. ❡ Ego ãt fui expert⁹ in asclitis cã cal'a epithima õ boloar. distẽperato cũ vino vel cũ lixiuio. Et exptus sũ fumigatione vẽtris ꝛ mẽbroꝝ iflatoꝝ cũ aceto decoctiõis radicũ ebuli radice ꝛ cucumeris asinini. ꝛ baccarum vel folioꝝ lauri ꝛ edere ꝛ granoꝝ iunipi qñ cã fuerit frã. ❡ Dixit Gal. ꝛ põit 7°. ɔtiñ. fiat fouea ꝛ calefiat in q̃ iaceat ydropicus. nã ipsa ẽ vtilior alijs medicinis cũ hydropicus cũari debeat ex toto corpe. Et p hãc foueã fiat ei cũo maior vel melior vel q̃3 p balneũ. Cũ eger attrabat aerẽ neq3 calm neq3 friñ: vñ sufficit. neq3 ide eius deficit virt⁹. Et ait Ras. dico q̃ vidi i pluribus locis: ipsa fouea facit ad reuma. Et est melior i febribus valde. s. q̃3 balneũ. ❡ Quidã võ in asclite apponũt vẽtri empl'a rubificãtia ꝛ vesicantia. sicut emplm de sinapi ꝛ stercore colũbino. Et sicut emplm de cãtaridib⁹ vel de alijs ɔstrictis. Et dixit Sera. sup. 9. Alm. q̃ fricatio vẽtris cũ alijs q̃3uis in oi hydrope ɔueniãt. In timpanite tñ ẽ sũmũ remediũ. ❡ Dixit Ras. 7. ɔti. vngẽdus est patiẽs cũ baurach ꝛ oleo fassiatis mẽbris ab iferiori pte ipsoꝝ vsq3 ad supiorẽ. qm̃ ɔfert. fassiare. n. mẽbra iflata tpata strictura icipiẽdo ab iferiori eoꝝ ꝛ tendẽdo ad supius. dz aũt fieri post somnũ ꝛ qetẽ qñ iflatio remota est vel saltẽ diminuta. Nã cõfert dixit A. in timpanite qñq3 est necessariũ ponere sup ventrẽ vẽtosas cũatiuas. i. resolutiuas vẽtositatis ꝛ debẽt apponi sine scarificatiõe ꝛ h multotiẽs. ❡ Empl'a aũt ꝛ alia localia apponẽda epati in dispõne cal'a vel post remotionẽ emploꝝ calefacientiũ eligant̃ ex cura male ɔplonis cal'e ipsius.

Cura hydropisis fiat p cãusam.

❡ Amplius cura hec aliq̃lẽ varietatẽ recipit fm varietatem mẽbroꝝ a q̃bus recipit hydropisis originẽ ꝛ fm varietatez cãrũ. Dixit Haly. intuere q̃ nã sit huius aduẽtus passionis: eaq3 intellecta rebus oppugna ɔ̃trijs. Et si cã hui⁹ fuerit apa epatis vel durities vel opil'o meatuũ eius. Aut apa stõi vel durities eius. aut friditas vel apa splenis vel eius debilitas sup. vel alterius mẽbri egritudo oportebit attẽdere in medelã singuloꝝ eãq3 cõponere cũ hydropisis medela. Et q2 talis cure variatio siue cõpositio põt sumi ex dictis ꝛ dicendis. iõ hic pauca referã. ❡ In hyposarca cuius initiũ est ex epate Sera. Haly. ꝛ Ras. 7. ɔtiñ. posuerũt q̃ caro ericij qñ desiccat̃ ꝛ terit̃ ꝛ bibit̃ ex ea ɔfert multũ. Et dixit Haly. bibit̃ ex ea a. ʒ. ij. vsq3 ad. iij. cum vino veteri. Et inueni q̃ decoctio granoꝝ iunipi est iuuatiua valde. Et Alm. laudauit troc. de lacca cũ apozimate de radicibus. Dixit Ras. in diuisionibus hyposarca qñ accidit successiõe potus aq̃ fride plurime vel post coytũ laborẽ vel balneũ ꝛ sentit̃ dolor sub costis ex potu eius. tũc opz vt in potu det̃ vinũ purũ. Et vaporet̃ epar cũ eis q̃ epar calefaciũt. ❡ Eliuz de granis iunipi est optimũ cũ vino potẽti. Et potus aq̃ vitis est in hoc remedium vtile. Et silr in oi cã frida. ❡ Et dixit Ras. qñ fit post fluxũ vẽtris longũ aut multũ fluxũ sanguinis cura est cũ ɔfortatiõe epatis ꝛ calefactiõe ipsius ꝛ gradatiõe ad addendũ in cibo ꝛ odoriferis ꝛ sõno. Et vtendũ est vino vt redeat sanguis ꝛ cõfortet̃ corpus ꝛ redeat ad dispõnẽ suã. Et ɔfert esum de scoria ferri. ❡ Et dixit. qñ accidit hydropisis post magnitudinẽ splenis cura est studiũ in splene. Et singulare in hoc est vinũ decoctiõis tamarisci. ❡ Gentilis ad hydropisim vitio splenis cũ aliq̃li calefactiõe cõposuit hũc syrupũ. ℞. lactuce siluestris eupatorij scolopendrie. añ. M. i. mellisse betonice radicũ feniculi ꝛ petrosilii liq̃ri. corticũ radicũ ebulli. añ. ℥. i. radicũ capparis tamaris. añ. ʒ. 5. cuscute sgnãti absinthij scis endiuie sandaloꝝ. añ. ℥. 5. scis anisi ciamomi masticis. añ. ʒ. ij. zuccari qõ sufficit. Dixit Glosator bibat radices ebulli ꝛ sambuci in vino albo. ❡ In timpanite maxime vitio stõi dixit A. post eũones ꝛ administrationes diureticoꝝ administrent̃ facientia eructuationẽ ad excludẽdũ ventositatẽ ꝛ administrent̃ resoluẽtia vẽtositatez. ❡ Et siqdẽ timpanites fuerit ex cã cal'a. dixit A. opz vt in potu dent̃ ad resoluẽdũ vẽtositatẽ ea q̃ sunt sicut aq̃ feniculi ꝛ apij camomille melliloti ꝛ tribuloꝝ ꝛ siliuz. s. q̃ sunt remisse calitatis. Nã qñ cã añs est cal'a opz vt resoluẽtia vẽtositatẽ nõ sint itẽse calitatis ꝛ dant̃ hñdo intẽtionẽ ad cãz ɔiũctã tñ. Et tũc ɔ̃ cãm añtem alijs est pcedẽdũ remedijs. Sz in timpanite a cã frida resoluẽtia dent̃ intẽriora. Dixit A. sicut ciminũ anisũ castorcũ ameos ꝛ silia. Et in hoꝝ administratiõe gradatim pcedẽdũ est de debilibus ad fortia. ❡ In asclite cũ calitate ꝛ maxime vitio renũ spãle est solatrũ domesticũ ꝛ siluestre. Sed siluestre qõ est alchechengie fortius ꝛ melius. Dixit Dyas. scm̃ solatri siluestris floris rubei si dent̃ nũero. xij. hydropico ɔfert. eo q̃ p vrinã mũdificat mirabilr. sz nõ dz plus dari ex eo. Apud nos est herba dicta caprago a q̃busdã auanelle. Et qdã dĩt. q̃ dr̃ lactuca capraria. cuius succus fcã residẽtia bibitus vel aq̃ sublimationis eius multũ cõfert in hydropisi ab opil'one epis a cã cal'a: in cuius silia cã frida. vz. aq̃ sublimatiõis prassij ꝛ celidonie sumpta cũ puluere cymini zenzi. albi ꝛ limature calibis lote fm artẽ. ❡ Et ɔfert medicamẽ Ras. 7. ɔtiñ. q̃ prouocat vrinã in horis paucis. ℞. ameos ꝛ fructus sauine ꝛ cymini ꝛ salis albi. añ. ptes eq̃les terant̃ ꝛ dos. eius est. ʒ. ij. cum vino subtili potẽti. ❡ Dixit Gal. ꝛ scribit̃. 7. ɔtiñ. posuit curã cuiusdã senioris hydropici asclitici cuz calitate ꝛ debilitate virtutis. Et dixit. nutriui illũ carnibus edinis assis pulloꝝ ꝛ pdicũ ꝛ siliuz auiũ ꝛ pane bruno ꝛ cibarijs factis cũ aceto ꝛ lentibus cõditis cũ aceto data ei larga dieta ad ɔfortãdũ ꝛ ɔseruãdũ virtutẽ eius: sed tñ nõ cõsensi dare ei de iuribus dino. tñ in die in q̃ pposuerã dare ei medicinã. s. solutiuã ɔsensi dare ei de berzag añ medicinã ꝛ post eam añ vt eẽt medicina ei magis ɔueniẽs ꝛ postea: vt non superueniat ei abũdãs suis suptis pdcis cibarijs ɔfectis cũ aceto si vehemẽtis violẽtie: sz mediocris laxabã eũ cũ hac medicina. ℞. mirabol. citri. ʒ. vij. fumittere. ʒ. iij. herbe absinthij. ʒ. ij. herbe policarie. ʒ. iij. endiuie recẽtis ptẽ. i. spice scis endiuie ꝛ rof. añ. ʒ. ij. coquant̃ in rotul'. tribus aq̃ donec redeat rotu. vnus: ꝛ solutis in ea zuccari. ʒ. x. dabã de ea añ assũptionẽ nutrimẽti. Et qñz miscebã cũ ea de lacte sicuũ ptẽ cũ ptẽ in eq̃li põdere dãdo de ea ad modũ duoꝝ cicioꝝ aut triũ. Et post illud dabã in potu de rob vue acerbe aut ribes emplastro epate cũ ifridatiuis. Et ɔsequuta illinitiõe fcã sup vẽtrẽ cũ boloar. aceto aq̃ ꝛ farina ordei ꝛ pauco stercore vaccino ꝛ caprino ꝛ cinere arboris glãdis vitis ꝛ q̃nq3 cũ sulfure ꝛ baurac oĩbus ɔfectis cũ aceto ꝛ dissolutis. Et statim q̃ ipse patiebat̃ febrẽ emplabã ipsius epar cuz sandalis. Et q̃nq3 ponebã ẽt emplm sandaloꝝ sup vmbilicũ ꝛ vẽtrẽ ꝛ purgabã eũ cũ syrupo rof. in quo ifusa erat laureola. Et q̃nq3 infundebã in eo de lacte camerõ annuẽdo sumere ei de fructibus sicut de sicubus siccis ꝛ zuccaro ꝛ amig. ita tñ q̃ sustineret sitim tenẽdo in ore qõ facit ad sitiz. Sz si intẽsa fiebat

sitis in eo miscebā acetū in aq̄ ⁊ dabā ei in potu frequenter.
Et terebā folia laureole ⁊ cribellādo ea distēperabā cū mel
le ficuū.i.cū decoctiōe ficuū dādo ei de eis añ cibū ⁊ post ci
bū. Et sūmarie nō trāsibat dies absq̄ laxatiōe. A. āt hāc cu
rā iposuit Gal. ⁊ est eadem ad lienteriam. Et ego non inue
ni vbi Gal. posuerit eā. Uerum Ras. eodē .7. ⁊ añ supradi
ctā curā dixit. sūma opōnū in hydropisi oʒ fieri put opar⁹
est in ea. ℭ Gal. de pverbijs pnosticoꝝ. Quedam mulier
fuit passa fluxū aqueū ex mrice q̄ sanata fuit p hanc curā q̄
cura pōt trāsferri ad hydropisiȝ cū fit illi prima. Dix Gal.
In pmis purgaui eā cū eo qd̄ laxat aqueū humorē: deiñ de
di ei p triduū decoctionē anisi feniculi apij: deide dato ei la
xatiuo in potu ad laxādū aquā qbus oībus ordinarie tibi
ɔsequutis fricari eā feci cū tobaljs illiniēdo corpus ei⁹ cū
melle cocto ⁊ ɔueniēter infridato ⁊ ɔualuit cū h regie. per.
xv. dies. ℭ Ait Ras. dico q̄ mel coctū dū spissuȝ fuerit cō
ueniēter infridatū ⁊ illinitū attrahit humiditates. Et loco
eius vtēdū est itu.i. itineratiōe leui motu ⁊ sepellitiōe in are
na calā ⁊ balneo calido ⁊ sicco ⁊ alijs silibus cā maioris cu
re. sicut in hydropisi dcm̄ est. Et opȝ vt tradat insup purga
tionē ⁊ purgationē ⁊ administratio alterātiū ⁊ apientiū ⁊
ɔfortātiū epar. Et mēbrū siue mēbra: vñ hydrops habuerit
originē. Dixit Gal. sicut scribit .7. ɔti. stude in asclite ppie
ad ɔfortādū epar. Et in timpanite ad ɔfortādū stōm. Et in
hyposarca ad ɔfortandū oīa mēbra. ℭ Dñt qdā post aliq̄s
purgatiōes seqt̄ administratio reꝝ ɔfortātiū epar cū pprieta
te de qbus ē vt dixit A. epar adib. cū sumit̄ ex eo exiccato ⁊
puluerizato pōdus .ʒ. ij. cū vino decoctiōis passulaꝝ aut cū
sirupo. ℭ Dixit Chiranus sanguis capre calefactus ad ignē
⁊ bibitus sanat hydropisim perfecte.

4ª intētio
māʒ diuer
tit.

ℭ Quarta itētio cōplet̄ cū his q̄ diuertūt mām ad extrema.
Et in asclite ppie cū his q̄ deponūt aquā ex vētre ad bur
saȝ testiculoꝝ. Dixit Ras. 7. ɔti. In asclite insufflādū ē in
nares de puluere ɔuocāte ad sternutādū cū sternutatio ve
hemēs expellat hydropisim: eo q̄ cōmouet aquā ⁊ expellit
eā ad pterenū. Qz si bōa fuerit cura ⁊ ɔfortatus fuerit eger
descēdet aq̄ ad cutem testiculoꝝ. vnde cutis perforāda ē cū
acu bene vt refudet ex ea aqua.

5ª intētio
corrigit ac
cidentia.

ℂ Et clyſtere factū eſt decoctiōe ruthe vel cū oleo eius ⁊ baurach vtilr opat̃. ℂ Clyſtere mollificatiuū ſimul ⁊ ſedatiuū doloris.℞.radicū euiſci mercurialis.añ.M.ſ.fenugreci ſeminis lini ſemis aneti.añ.ʒ.i.floꝝ camomille abſinthij.añ.M.i.⁊ caricas numero ſex decoquant̃ ⁊ colent̃: ⁊ in colatura ponant̃ duo vitelli ouoꝝ ⁊ mellis ⁊ ʒuccari rub.añ.ʒ.ij. olei anetini vel keirini.ʒ.ij.ſalis.ʒ.ij. ℂ Clyſtere acutū.℞.agarici ſeminis vitice añ.ʒ.ſ.colloqnti.ʒ.ij. arthanite.ʒ.iij. ſerapini armoniaci bdellij.añ.ʒ.ij. cimini aniſi ameos.añ.ʒ.i.decoquant̃ in aq̄ ruthe ⁊ aq̄ betonice ⁊ colent̃: ⁊ in colatura diſſoluant̃.ʒ.ij. benedicte: atti.ʒ.ij.yerepig.ſi humor fuerit ibibitus. Et mellis.ʒ.ij.olei rutacei.ʒ.ij. baurach ſiue ſalis gēme.ʒ.ſ. ℂ Clyſtere fortiter abſtergens ⁊ vtilr.℞.furfuris ptes.ij.yreos ariſto.rotū.añ.ʒ.ſ.caricas ſex numero.bryonie.ʒ.ij.coquant̃ in aq̄ ſalſa vel marina vel lixiuio ⁊ colent̃: ⁊ in colatura ponant̃ mellis ⁊ ʒuccari rubei.añ.ʒ.ij.⁊ inijciat̃. ℂ Dixit Pau. ſi nocētia fuerint clyſteria.ſup. aut tolerari nō potuerint aut nō educit̃ p ea ſtercus. Cura fiat cū licinijs factis de cucumere aſinino pulpe colloqn. felle taurino ruthe ⁊ melle fiant ſuppoſitoria longa digitis ſex ⁊ inungant̃ cū oleo. ℂ Suppoſitoriū Aui.℞.ſtercoris ſoricini ſalis gēme ⁊ baurach.añ.terant̃ ⁊ cū melle cōponant̃. ℂ Colliriū albū Raſ.℞.baurach.ʒ.x.collogn.nitri.bdellij ſerapini.añ.ʒ.v.ſcamonee.ʒ.ij.ſ.cōponant̃ ex eis collíria. ℂ Dixit Almā.℞.ſalis.ʒ.ij. colloqn. ſcamonee.añ.ʒ.ij.⁊ cōponant̃ cū melle. ℂ Serap. ſi nō penetrat adminiſtram⁹ ſiēſ factū ex pulpa colloqn. ſale melle baurach ⁊ ſemie ruthe qḋ inungimus cū oleo rutaceo añq̄ꝫ imittat̃. ℂ Theodoſius dixit. liciniū violentū fit de pulpa collogn.⁊ ſarcocolla cū penidijs. ℂ Dixit Raſ.8.ɔtiñ.mixtus maluauiſc⁹ cū ſale ⁊ factus in liciniū velocius diſſoluit colicā magis q̄ꝫ baurach ⁊ alia. ℂ Licinium de raſanida inuncta cuꝫ melle laxabit velociter. ℂ Et pōt fieri liciniū de ſola radice brionie aut arthanite aut cucumeris aſinini. Aut de radice caulis vel ſalſe: ⁊ pñt iſta colíria acui cū eſula ⁊ ſalgēma. ℂ Et aliqñ neceſſaria ſunt vnguenta ⁊ empla ventrem ſoluentia aut epithimata cum decoctione colloquin.

Tertia intētio eſt i diuertē do.

ℂ Intentio aūt ad diuertēdū iplet̃ cū eis q̄ dicta ſunt multotiens ⁊ maxime cū vōitu: ſed.n.dixit Raſ.8° ɔtiñ.ex 6° epidimiarū, mitigat dolorē renū: ⁊ colice: ⁊ iam excitat̃ ⁊ fit in vtraq̄ paſſiōe ſil' cū renes ⁊ colō cōicēt iter ſe ⁊ inter ea ſit cōſimratio cū varithion. ℂ Et vōitus qdē vtilr fit cū decoctione raſani in vino vel eius infuſiōe. Aut cū decoctione ſeminis raſanide aut cū ſucco radicis eius. Aut cū aq̄ infuſiōis elleboꝛi albi aut cū vomitu patriarche in antidotario nicolai.

Quarta intētio ē ... cū calefa... bilr reſol ...

ℂ Intentio vō ad euandū inſenſibilr humorē frigidū p interius approximata dixit Sera. fit cum inciſiuis ſubtiliatiuis pauce calefactiōis. Et in his ēt dat̃ regula vt incipiat̃ a reſolutiuis debilioribus ⁊ gradatim pcedat̃ ad fortiora: fortia vō ꝙ adminiſtrāda nō ſunt niſi mā multū ſit pauſiſſata. Dixit.n.Gal.12.terapē.⁊ ponit̃ ſic.8.ɔtiñ. Non ſunt curādi iſti cū medicinis violente calefactionis ponendis ſuper ventrē ⁊ ſup.⁊ multominus ſumendis interius: eo ꝙ diſſoluūt ipſum humorē ſubito in q̄titate ſuperabundanti: ita ꝙ ab eis excitant̃ ventoſitas ſuperabundans que erit in cā doloris magni valde. Sed tu debes ſtudere ad incidendū illū humorē ⁊ maturādū eū per medicinas attenuatiuas que non habēt ſe cū cum attenuatione calefactionē vehementē: ſed intentio earū ſit que diſſoluat ventoſitates ⁊ deſiccet cū potētia. Tu enim audire poteris dixit Gal. maiorē ptem iſtoꝝ dicentiū ꝙ quotiens in diſpōne doloris nulli factum fuerit clyſtere nec emplm nec epithima dolor in eis erat leuior ⁊ remanebat irregulariter ſanior eo q calefactus fuerat cuꝫ violenta calefactione: qm̄ dubia cura eſt petes violētā calefactionē: qm̄ humores huius ſi fuerint ſupabundantes generabunt ventoſitates multas: eo ꝙ nō eas diſſoluere ⁊ diſpargere poterunt augebunt dolorē ⁊ peribit paciens. Et ppea dixit Paulus ſcā ab humoribus groſſis nō eſt curanda velociter cū rebus calidis violēter: ſed pcedendū eſt cū eo qḋ digerit ⁊ attenuat. ℂ Et Aui. dixit ꝙ plus facit hoc.ſ.qḋ abſcindit cām ⁊ reſoluit eā ſunt medicine ſubtiliatiue nō vehemētis calefactionis. Nam vehemens calefactio cum inteſtinis ſubito aduenit nō eſt ſecuritas qn ſit illud qḋ ipſa mouet de ventoſitate additū ſupra illud qḋ ipſa reſoluit: ⁊ maxime opꝫ vt ſit q̄titas calefactionis q̄titas q faciat in ventoſitate reſolonem fortē: ⁊ in mā humida exiccationē ⁊ maturationem: ⁊ nō reſolonem fortē: vt nō cōmoueat ventoſitatē: ⁊ vt non reſoluat ſubtile ⁊ derelinquet groſſum. Et pp hoc euapoatio q̄ꝙ mouet dolorē vehementē quare neceſſariū eſt tunc aut dimittere euapoationē aut multiplicare ⁊ reiterare ipſam vt reſoluat illud qḋ p̄ mouet de ventoſitate. Ait. n. Gal. in lib. de clyſteribus. calefactio.ſ.fortis nociua ē huic paſſioni de flāte vitreo multis ... ſi fuerit bis aut ter: qm̄ cōmouet ventoſitates magis ex diſſolutione p ipſam ſcā in humore. Sed tñ ſi frequēs facta fuerit cōſeruatio eius diſſoluet illud qḋ attenuauit ⁊ diſpergere: ſic acquietabit patientem. Et hoc dictū ſumens Rabi in.9.particula ſuoꝝ afforiſ. dixit ſic. empla ⁊ cataplaſmata que vnq̄ꝫ inuenerunt ad curationem colice facte ex flegmate vitreo in inteſtino colon contento opoꝛtet te in patiente frequētare: ⁊ qm̄ cum frequenter operaris ipſa curas egritudinem ⁊ a malis accidentibus liberas patientem. Et cum ea ſemel vel bis tantum operaberis nocet patienti nocumento magno: quia per illud ſua extenſio augmentabitur. ℂ Sunt ergo ex ſingularibus ea que conferunt in hac cura per interius vel exterius approximata condimenti ſaturegia ſerpillus ſparagus ⁊ radix ⁊ ſemen eius ſemen iuniperi opoponacum cum mellicrate ſumptum. Radix agrimonie bibita. Radix roriſmarini ſicca bibita decoctio ſeminis aneti bibita que etiam dormire facit: decoctio maiorane: decoctio florum camomille: mumia ſumpta cum aqua cymini: karui ⁊ ameos ſemen vrtice cum melle radix filipendule. Et ruthe dixit Ruffus confert magis omni medicina in inteſtinis inferioribus. Et betonica dixit Serap. ſecundum Dyaſ. cum datur ex ea.ʒ.ij.cum.iiij.conc̃s aque calide. Et calamentū vt idem dixit Serap. ſm Dyaſ. ⁊ centaurea vt dixit Alman. ⁊ etiam Meſ. Et galanga Serapio. ſecundum Iſacc. Et harmel Auicena. ⁊ radix leuiſtici. macer. Et matricaria Serapio. ſecundum humain: ſemen petroſi. Serapio. ſecundum Dyaſ. ℂ De medicinis autem loco applicandis ſciaſ ꝙ ante appoſitionem earū cuiuſcunq̄ꝫ forme fuerint locus eſt prius cū vola manus calefacta fricādus vel cū aliquo pāno leni calefacto. Dixit Pau. vngat̃ venter cū oleo de cucumere aſinino: aut de aneto decoctionis cymini. ℂ Dicūt incipiatur cum oleo de aneto vel de lilio vel yrino aut keirino: ⁊ pcedatur ad oleū nardinū vel de cynamomo: deinde

ad costinū rutaceū puleginū laurinū & de enula & de sauina
& vltimo ad oleū de piperibus & de eusorbio & laterinum.
Et sup inunctiōe pōt apponi emplm̄ & incipiat a leuiorib⁹
fiat emplm̄ ex floribus camomille melliloto semine aneti fe
nugreco yreos & sgnāto. Deinde ꝓcedat ad emplm̄ relatū
ad andromacū in antidotario Mes. ¶ Cum accipit filatū
& decoquit in aq̄ cū cinere vitis vel quercus & expssum po
nitur sup vētre est p̄ntis & vtilis iuuamēti. ¶ Aliud valēs
sīr stercus iumētoꝝ acceptū de loco vbi mingūt cum oleo
sup tegula frixū loco dolēti applicetur. Aut stercus colūbi
num pulverizatū & cū melle cocto incorporatū supponat.
Ualent ēt sacellationes loco emplī superposite vt q̄ fiunt ex
fenugreco floribus camomille mellilototanifo: ameos: sq
nanto & rutha. Et ꝯueniūt fomentatiōes facte cū spongia
vel filtro aut lana vel cocto infuso in decoctione reꝝ p̄dicte
sacellationis & procedat ad decoctionē paritarie arthemisie
ruthe folioꝝ calamēti origani rosismarini & fiūt q̄ ēt aliq̄
decoquunt in vino. ¶ Aut infundat filtrū in oleis calidis
calefactis: & expssum loco dolenti applicet & cū tepere cepe
rit amoueat & aliud loco eius ponat: & sic pluries iterent.
¶ Et vesica bovina aut enea vel stānea aq̄ decoctionis reꝝ
calidaꝝ repleta calā inuoluta pānis lineis duplicatis loco
dolēti aplicata est p̄ntis vtilitatis: & si fuerit necesse iteret.
¶ Aut. ℞. seis lini integri. ℥. vi. fenugreci integri cymini
torrefacti. an̄. ℥. i. furfuris frumenti p. i. misceant & ipleant
ex eis sacelli q̄ bulliāt in aqua vel vino vel oleo ebullitioni
bus pluribus: deinde extractus & expssus loco dolēti vtilr
applicet. Conuenit ēt tine vel encatisma ex oleo cōi vel de
semine lini vel de fenugreco aut sisamino. Et cōueniunt bal
nea sulfurea & tine decoctionis reꝝ calidarū post exitum a
balneo aut remotionē emplī vel fomentationis fiat inūctio
nē supradictis oleis. ¶ Qz si flā ipsum ventosaret apponā
tur ventose sine scarificatione. dixit Pau. sic. si dolor fuerit
mitigatus vtendum est sinapi. sup. & alijs rubificatiuis em
plis que tādiu teneant donec rubeat locus & ampullas fa
ciat. Dixit. n. Rabi in. 8. ꝑticula. Cū dolor membro infixus
ꝑminutionē purgationem & attractionem māe ad oppositā
partem non recedit: significat q̄ cū eius nocitū consolida
uit se membro & penetrauit in ipsum & hic dolor non curat
nisi per medicinas potentes.

Quod si colica fuerit a mala ꝯplone frā sine mā. Dixit
Aui. si cū fuerit frigus intestinoꝝ. s. purū &
fuerit mirach gracile opz vt calefiat vēter ipsius semperq̄
frequenter: & expellat ab eo frigus cū eis q̄ cooperiunt ex
pellibus & alijs vestimētis & stringatur sup eis cū ex eis vt a
ꝓpinquiori attingat ipm. Et vnctiones fiant ex oleis cali
dis. Et embroce sīr sūt iuuatiue eis. Et q̄nq̄ necessarie sūt
vaporationes. Et q̄nq̄ necesse est vt ponat in oleis suis ca
lidis castoi. & eusorbiū. Et de vtilibus est sumere in potu ty
riacā cū vino decoctionis gar. Et de cōferentibus in colica
frigida mālir nō māli & ventosa est medicamen de fimo lu
pi: qd̄ sm̄ Gal. sic fit. ℞. fimi lupini. ʒ. iiij. anisi cymini feni.
zenzi. piperis longi. an̄. ʒ. ij. tere subtilr & cū melle dispuma
to distempera in vase recondet & cū opus fuerit. ʒ. ij. vel. iij.
cum aneti & cymini aqua porrige.

¶ De cura colice ventose. Cap. xliiij.



Patiens colicā ventosam vitare dz aerez
frīm & oia actu frida intus & ex
approximata. ¶ Et tristitiā & ociositatē & som
num supfluū. ¶ Et ciberia & potus dure & dif
ficilis digōnis inflōnem & ventositatē generan
tia q̄ dicta sunt in cura ventositatis stoi. & sup.
in cura inflationis. Dixit Gal. 12. tera. & scribit. 8. ꝯtiñ. sic vi
di vnū villanū q̄ statim sentiens dolorē colicū cingebat per
cingulū ventrē suū & comedēdo panē suū cū alijs surgebat
ad faciendū opus suū violenter tota die sua: sed nihil sume
bat in potu de vino potētius dormiēdo p noctē sub quiete
nunc erat sanus. Cū alliū dissoluat vētositatē magis q̄ alie
res: nec sitim excitat. Unde cui accidit hic dolor vehemens
vel alius silis in intestinis eius absq̄ febre vtī dz cibo suo &
alijs & in potu sumere de tyriaca. ¶ Dixit Ras. in diuisioni
bus. det in potu vinū purū vetus calefactū dū est ieiunus.
Et calefiat mirach eius & ligetur sup ipm pānus aut pellis
aut puluinar de pluma. Et ꝓlonget somnus. Dixit A. q̄n
in potu dat aq̄ mellis opz q̄ sit vehementis decoctiōis: q̄n
q̄n est debilis decoctionis facit possidere in ventre inflatio
nem. ¶ Dixit Pau. colica ventosa curat cū abstinentia cu
iuscunq̄ nutrientis. ¶ Et Ras. dixit in diuisionibus. nō co
medat tribus diebus si pōt illud tolerare. Et si nō comedat
bucellā panis infusam in vino veteri. ¶ Et A. dixit. in ven
tosa absq̄ mā humorali interdicat cibus diurnꝰ si nō plus
saltē tribus diebus. Ista tanta abstinentia non est hodie in
vsu: nec tolerabilis nisi forte a valde paucis: sed fiat iuxta te
norē virtutis. ¶ Et dixit. A. dormiat q̄ntum possibile est ei.
calor. n. nālis reuocatus ad intra ventositatem subtiliat & re
soluit & experiri debes figuram dormiendi & resupinatiōis
& dormitionis super ventrem: que. s. earum sit conferentior
& magis expellens ventositatem.

Cura per potionē cōsidera an ventositas sit absq̄ mā hu
morali in ventre que si sic fuerit ꝓcedendum est ad
curam cū dissoluentibus ventositatem. An sit permixta hu
moralis & si sic fuerit dz humor ille eūari sicut in p̄cedēti cap.
dictum est. Non. n. an̄q̄ humor vētosabilis hn̄s minoratus
fuerit debēt dissoluētia ventositatē intus vel extra approxi
marie ne cōuertant humorē in ventositatē & addant in cām
doloris. ¶ Dixit Auc. 7. colliget. q̄n fit dolor cū ventosita
tis fumose que resoluit a corpore humoris: talis dolor non
dz curari cū medicinis vltime calidis: eo q̄ q̄uis resoluāt
ipsam ventositatē faciunt oriri iterū aliā ventositatē ex ipso
humore. quare. cura huius doloris dz esse cū medicinis pau
ce caliditatis: & q̄ cū hoc virtutē habeant digerendi. ¶ Et
Gal. dixit. 12. tera. vt scribit. 8. ꝯtiñ. non sunt curandi isti cū
medicinis violente calefactionis ponendis sup ventrē. sup.
neq̄ sumendis interius: eo q̄ dissoluūt ipsum humorē subi
to in q̄ntitate supabundanti: ita q̄ ab eis excitabitur vento
sitas superabūdans q̄ erit cā doloris magni valde. Cōcedi
tur tñ an̄ eūonē hūoris mitigātia dolorē ex anodis exteri⁹
approximatis & p clysteris iniectis vt dicetur. ¶ Cōsiderat
insup instru potionis an sit ista colica cōplicata cū calidita
te & febre an sint ea. Dixit Abubetri. in ventositatibus co
lice sunt ordines. Nā si fuerit cū caliditate vehementi da in
potu de aqua endiuie solatri cōnigiole minoris: & pro aut
plantaginis cum qua dissolutum est castoi. & si fuerit cali
ditas minoris lesure. & natura fuerit potentior coquantur fi
cus citrine passul. & viol. & dissoluantur & in decoctione ho
rum castoi. sup. & detur. Et si fuerit cum frigore modico co
quantur ficus cum fenugreco & cicere imperatoris apio thi
mo & medulla cartami & polipodio & dissoluatur in decoc
tione castoi. & de oleo amigd. amararum. Et si fuerit cum
frigore vehementi coquatur ysopus cum cartamo epithi
mo & fenugreco galanga cynamomo & polipodio turbith
aniso & ameos & dissoluatur in ea castoi. cū oleo de keruа.
¶ Et considera ventris dispositionem an sit constipatus vē
ter & retēta sit fex an non. Si itaq̄ fuerit cū ventositate hu
mor digerendus est eūandus & diuertendus. Elium abubi
her positum octauo continentis mirabile. ℞. zenzi. cynamo
mi galange piperis & piperis longi castoi. foliorum ruthe
baurach ameos nigelle opoponacis serapini. agarici tur
bith epithimi scamonee. an̄. partem conuenientem distem
peretur cum melle ficuum & detur ex eo: q̄n dissoluit vento
sitatem & laxat humorem. ¶ Dum tñ humori eūoni paretur
licet mitigare dolorem cum anodinis. Et hoc in casu in
quo dolor non valde vehemens fuerit: sicut cum immissiōe
clysteris qd̄ mitigat dolorem & soluit fecem retentam. ℞.
florum

florum camomille fenugreci mellíloti seminis aneti altee ꝛ
furfuris.añ.℥.i.seminis petro.ꝛ apij.añ.℥.ß.decoquantur
colet.ꝛ in colatura ponant.℥.ij.olei de lilio.ꝛ.℥.ß.catartici
imperialis ꝛ salis.ʒ.ij. ¶ Clystere aliud vtile.℞.malue mer-
curialis altee brance vrsine.añ.M.i.ficus siccas nũero.x.
fenugreci seminis lini seis aneti.añ.℥.i.furfuris.p.i.mellis
ꝛ ordei fisamini.añ.℥.i.ß.salis gẽme.ʒ.i.medulle cassiefi.℥.ij.
yere Gal.ʒ.vi.ꝛ sit q̃titas totius clysteris.℥.xv. ¶ Et ab ex-
tra fiat inũctio cũ oleo cheirino anetino camomel.mucillagine
altee fenugre.se.lini ꝛ pinguedine anatis.

¶ Eũato aũt humore aut si a p̃n° fuerit ventositas sine humo
re deueniendũ est ad administrationẽ carminantiũ ꝛ dissol-
uentium ventositatẽ interius ꝛ exterius approximatoꝝ. Et
ex hoc facientibus est vẽtosa cũ igne sine scarificatione. de
q̃ dixit Gal.12.terapẽ.si dolor ↄtigerit ſm ventrẽ ex ventosi
tate cũ humore hec est cura sanare.s.p^m coꝝ paroxismuz.i.
exacerbationẽ doloris p appositionẽ sitie vt expiret ventosi
tas. Et postea eũare humorẽ p imissionẽ clysteris in quo po
sita sint farmaca origniã.i.potentia illũ educere humorez.
Verũ postea in.13.eiusdẽ dixit.oppositũ esse fiendũ.s.prius
eũare humorẽ.deinde apponere sitiam. Et iste pro certo est
modus regularis curationis eius. Aliqñ tñ coacte a fortitu
dine doloris sumẽdo indicationẽ incipimus ab appositiõe
sitie. Dixit Gal.12.terap.ꝛ ponitur sic a Rabi.in 8ª ꝑticula.
doloris ꝓuenientis a ventositate fumosa spãlis cura est ap-
positio magne sitie cũ igne. Et putabis hunc esse magnũ cu
re mo^m artis magice siue sit egritudo in intestis siue in alijs
mẽbris: q2 ipsa hora appositionis sitie euanescit dolor ꝛ sa-
nitas pristina recuperat. sed tñ cũ in loco fuerit humor ven
tositatẽ ipsam operans dolor certe reuertet. Et iteꝝ appo-
ne sitiã supra locuz doloris quousq3 dolor cesset.ꝛ eũa post
modũ humorem ipsum. ¶ 8°. aũt ↄtinentis scribit̃ sicsi do
lor fuerit ex ventositate grossa vaporosa curandus est cũ vẽ
tosa absq3 alio medicamine pluries suspẽsa q̃m deficiet do
lor statim si fuerit ventositas tñ. Sed si cũ ea fuerit humor
grossus reuertet dolor post horas multas aut post biduuz
aut triduũ. Et ꝓprie si in regimine fuerit peiũs ꝛ tñ in suo in
sultu vtendũ est ventosa: deinde ꝓcedendũ est ad eũandum
humorẽ grossum cũ clysteri acuto quo eũet flã vitreũ: quo
eũato mitigabit̃ dolor oino. ¶ Dixit auctor cõpendij. me-
gategni q̃ sitia dz eẽ magna: vt cõprehendat ex oi parte vm
bilicũ: de qua dixit Gal.sup 2° epydimiaruz. appositio sitie
absq3 scarificatione multũ cõuenit oibus doloribus ex ven
tositate grossa inflatiua ꝛ frigida interclusa in corporibus ꝛ
grossis opilatis nõ hñte vnde expirare possit ꝑꝑ suã grossi-
tiem ꝛ ipsoꝝ corpoꝝ opilationẽ. dixit. A. stude in appõne
vẽtosaꝝ cũ igne absq3 incisione. ¶ De approximãdis itaq3
per os. Dixit Simeon. magis ↄferens colice vẽtose est deco
ctio galãge. ꝛ galãga ipsa trita: q̃re ↄfert ↄfectio dyagalãga.
Et ẽt ista. ℞. galange.ʒ.viij.piperis heil.añ.ʒ.iiij. anisi.ʒ.ij.
pistent̃ grosso mõ ꝛ cõficiant̃ cum lib.i.mellis dispumati ꝛ
cocti. Dosis coclear.i.in ieiunio. Pistent̃ aũt grosso mõ vt
diutius remanẽtia in stõ ꝛ intestinis fortius operent̃. Et cõ
uenit dyazinzi. Et elisium de baccis lauri cui non est par in
dissoluẽdo ventositatem. Et elarium dyaspermaton qd̃ est
elarium de seminibus in antidotario Mes. Et ↄuenit dya-
calamentũ ꝛ dyapiperion. ¶ Dixit Ras. in diuisionibus.
Si fuerit ꝑꝑ vsum fructuũ ꝛ ciboꝝ.s.inflatiuoꝝ: cura est vt
in potu det̃ de elario dyacimino cũ aq̃ in qua bullita sint cy
minũ ꝛ karui. Et si sufficiat bñ quidem. Et si non: det̃ ↄfectio
de granis lauri. Dixit Aui. q̃nq3 sufficit bibere ↄfectionem
calaz: sicut tyriacã ꝛ silia. Et q̃nq3 sufficit bibere vinũ calz.
Et q̃nq3 semina resolutiua vẽtositatis: ꝛ hec ꝛ alia silia cale
dent̃. dixit Aui. si nõ fuerit ꝓhibitorium p̃ns vt febris vel
apa. Ruthe ↄuenit ſm oẽm modũ administrationis eius: ita
q̃ ꝛ succus eius bibitus. Et zedoaria silr: ꝛ semen nigelle ꝛ
origanũ ꝛ aristologia ꝛ gẽtiana ꝛ grana lauri. Vñ qdã dãt

in potu puluerẽ.24.granoꝝ lauri cũ semine leuistici. ¶ Et
quidã sumũt gẽtiane.ʒ.ij.baccaꝝ lauri.ʒ.i.gar.numero.vi.
masticis.ʒ.i.nucismuscate.ʒ.ß.folioꝝ ruthe ꝛ cymini.añ.
ʒ.ij.puluerizent̃.dos.ʒ.i.ꝛ plus cũ vino albo potẽti. Cõue
nit.n.vtilr. ¶ Et aristo.ro.puluerizata bibita tollit colicaz
ventosaz. ¶ Et qdã dant puluerẽ galãge ꝛ croci.añ.ʒ.ß.cuz
vino subtili potenti: deinde precipiũt egro vt bñ cooperiat se:
vt sudet. ¶ Dixit Aui. det̃ in potu karui ꝛ semen ruthe in
aq̃ de seminibus: aut in vino antiquo: aut in aq̃ mellis: aut
cũ penidijs. ¶ Dixit Guido de aretio apij semẽ cũ aceto da
bibere: q̃m statim dolorẽ sedat. Et qdã exhibent vinũ deco
ctionis seminis apij ꝛ fenugreci. ¶ Et vz vtilr comestio cy
mini torrefacti mane ꝛ sero añ cibũ. ¶ Dixit Aui. castor. in
est ꝓprietas mirabilis in cura colice frigide ꝛ vẽtose. Et vz
ↄyacastor. Et quidã informãt pillulas de casto. puluerizato
cũ aq̃ mellis decoctionis cymini ꝛ exhibẽt. ¶ Et ex vtilib9
ꝛ potẽtibus est succus gẽtiane decoctus ad spissitudinẽ cũ
bibit̃ ex eo.℥.i.aut cristerizatur. ¶ Dixit Ioar. si hũs colicã
ex frigore vel vẽtositate vel retẽtiõe fecũ receperit ex tyria
ca.ʒ.i.liberabit̃ auxilio dei. ¶ Cõueniũt ẽt in hac cura cly-
steria ꝛ suppositoria. Dixit Aui. stude in eradicatione vẽto
sitatis cũ clysteribus resolutiuis. Dixit Sera. clysterizet̃ cũ
oleo subtili in quo decoquunt̃ semina resoluẽtia vẽtositatẽ
ꝛ exiccãtia: sicut cymini semẽ ruthe: semẽ apij anisuz karui
ꝛ silia. Et est necesse vt colet̃ oleuz in quo decoquunt̃ dicte
medicine: ꝛ liquefiat cũ eo adeps anatis: aut galline: ꝛ non
sit salita nec antiq̃: ꝛ si nõ cõfert hoc oleũ: sed remanet dolor
ꝓmisce in eo casto. aut euforbiũ. Et fiat sic. accipiat̃ ex hoc
oleo.℥.ix.ꝛ ex casto.ꝛ euforbio q̃titas fabe aut minus. Et
qdam permiscẽt in hoc clysteri serapinum ꝛ assam ꝛ gũmi
balsami: ꝛ oleũ ruthe. ¶ Et decoctio balasce ꝛ aneti qñ cly
sterizat̃ cũ ea ꝛ oleo ruthe est iuuatiua valde: q2 sedat dolo
rem ꝛ resoluit vẽtositatẽ. ¶ Dixit Gal.12° terap. ego assue-
ui leptomere oleo sube decoquere ruthaz ꝛ clysterizare: ꝛ mi
rabiliter.n.a clysteribus iuuant̃ oiguibus. Quidã tñ ho
rum cũ clystere ꝓdictũ acceperint vehemẽtissime dolẽt: ꝛ ci-
de parũ postea excernũt vitreũ flã: quo ↄfestim a dolore ꝛ a
dispõne sũi curant̃ eũata cã doloris. ¶ Clystere vtile. ℞. ru
the pitarie calamẽti aristo. gẽtiane.añ.M.ß.cẽtauree numo
ris.M.i.cymini fenugreci melliloti ameos sileris anisi se-
nicu.apij carui dauci aneti.añ.℥.ß. ysopi serpilli.añ.M.ß.
decoquat̃ ꝛ in colatura iniũciat̃ butyrũ recens ꝛ oleũ camo
millinũ.añ.℥.ij.salis.ʒ.ij.ꝛ dissoluat̃ in eo electuarij indi.℥.
ß.ꝛ iniũciat̃. Et si fortius vis facere adde castor.ʒ.i. ¶ Dixit
Pau. suppositoria ad emittendũ ventositatẽ terenda est ru-
tha cũ melle doñ fiat ad modum vnguenti ꝛ pone de cymino
par.ß.ꝛ de nitro vel sale: aut salgẽma par. vni9 quartã ꝛ fiat
sief: aut intingant̃ in eis lana ꝛ supponat̃: q̃m emittet vento
sitates plures: ꝛ sequit̃ quies statim. ¶ Oribasius. ad emit
tendum ventositates multas de inferioribus ruthã. cymi-
num nigella myrrha mastix ꝛ panis porcinus terantur ꝛ in
corporentur cum melle. Et inungatur anus cum eis vel
suppositorium fiat ex eis in lana: ꝛ quoniam mirabile erit.
¶ Suppositorium vtile. ℞. ameos sileris baccarum lauri
cymini infusi in aceto ꝛ exiccati foliorũ ruth.añ.partes.ß.
piretri. nitri pulpe colloquin.añ.par. vnius tertiam. aristo.
gentiane.añ.partes.ß.puluerizentur: ꝛ cum melle ꝛ succo
ciclaminis misceantur ꝛ fiant inde suppositoria mirabiliter
ventositatẽ dissoluentia: ita tamen q̃ in quolibet supposito
rio sit aur.i.dicti pulueris. ¶ De administrandis de foris.
dixit Auicena. stude calefacere membrum de foris cum em
plastris ꝛ alijs calefacientibus: q̃ si inueneris quod illic
non sit humor: tunc calefac ꝛ vapora quouis. ¶ Cum ta-
men natura est obediens.s.in emissione fecum ꝛ ventositatũ
tum minuat̃ tunc fricãdo suauiter locum doloris ꝛ inungen
do cũ oleo sambacino ꝛ silibus ꝛ vaporando cum milio ꝛ
sale calefactio ſm quãtitatem quaz videris cõuenire. Dixit

Approximãda de foris ẽpla.s.ꝛ fomẽtatiões ꝛ balnea.

enim Sera.administra ēpla cū millioqꝫ sūt iuuatiua valde. Fiant fasciculi de folijs policarie artemisie ⁊ paritarie ⁊ calefiāt in vino ⁊ vnus post aliū loco apponaē expressus. Recipiat fumus vini subtilis bulliētis ad locū doloris: qꝛ mirabiliter ꝯfert. ℭ Emplm vtile. ℞. cineris cauliū baccaꝝ lauri. añ. partē. i. folioꝝ ruthe siccoꝝ piretri. añ. partē. ʒ. castorei dissoluti in aceto ⁊ agarici. añ. ꝑtis vnius tertiā. olei laurini olei de scorpionibus facti s̄m artē: aut olei sinapis ⁊ mellis q̄ntū sufficit. ℭ Aliud ēt forte. ℞. seminis vatice cartami stercoris colūbini ruthe mentastri ⁊ fenugreci: ⁊ distēperetur cū mucillagine sinapꝭ. ℭ Dixit Raſ. in diuisiōibus. Cum vides dolorē vehemētē post euaporationē: tūc dimitte euaporationē ⁊ ꝑcipe īfirmo vt ꝓlonget somnum ⁊ calefaciat mirach. s. moderate. Et dixit. si nō sedatus fuerit dolor ingrediat tinā qñ cōmouet dolor ⁊ exeat ab ea qñ debilitat ⁊ inūgat vēter cū oleo qd̄ extinguit ventositatē. ℭ Dixit A. qñqꝫ sufficit ponere vētosas cū igne sup locum doloris. Et qñqꝫ sufficit ponere emplā resolutiua. sup. Et qñqꝫ est opus apponere rubificantia. s. qñ cū vētositate est hūor frigidus grossus. Rubificātia. n. dixit. A. fortiora sunt. Et qñqꝫ resoluūt vētositatē: ⁊ qñqꝫ trahūt humorē ad lacertos ventris. Dixit ꝗdē. ficus sicce passule ⁊ sebesten ⁊ brāca vrsina ⁊ cepe in vino ⁊ oleo triduo dimittanē: deinde fiat vehemens decoctio eoꝝ: postea colenē ⁊ colature addaē puluis cantaridaꝝ euforbij castorei ⁊ sulphuris viui. Et addita cera sufficiēti fiat vnguentū quo fiat inūctio super loco ad solem vel ignem. ℭ Dixit Raſ. 8° ꝯtiñ. ex 6° atio. febris dissoluit dolores vētris a ventositate grossa ⁊ humoribus frigidis ⁊ mala complexione frigida: nam ipsa incidit ⁊ attenuat ipsos humores. Et dixit Raſ. ⁊ abubibar. non vidi aliquid vtilius in dissolutione colice ventose febre. vnde procedo ad curā cuꝫ rebus calefactiuis cū ipse dissoluant ventositatē ⁊ si ipse excitauerint febrem leuis erit extinctio eius postea.

ℭ De cura colice melancolice. Cap. xlv.

E cura colice melācolice. dixit Aui. opꝫ vt euēs melliam cū eis q̄ sunt sicut decoctio epythimi ⁊ sitibus. Deinde sequere cū pillulis de esula ⁊ serapino. ℭ Dixit Raſ. in diuisionibus. In hora in q̄ nō est poxismus fac eū assiduare potū decoctionis epythimi ⁊ oiuꝫ q̄ educūt melliam. ℭ Et dixit A. si necessaria sunt clysteria ponaē in eis polipodiū epythimuꝫ ⁊ sticados. Et ponatur in suppositorijs lapis lazuli cōtritus: aut lapis armen⁹. Et qñqꝫ supponiē eis clystere corticū radicū mori. Et empleē venter eius ⁊ vaporeē cū eis que sunt: sicut grana ⁊ semina carminantia ventositatē ⁊ harmel ⁊ origanuꝫ ⁊ camomilla decocta in vino. ℭ Dixit Gal. 9° myenir. ⁊ poniē. 8° ꝯtiñ. sic. Si adunaē in vētre alicuius colera nigra ⁊ inflatur inde stōs. s. ⁊ venter emplāndus est in tp̄e insultus cū spongia infusa in aceto forti calefacto: ⁊ si postea residui sit inflāmatio appone supra stōm de ruthe viridi cū calamēto distēperatis cū melle: aut cū aloe ⁊ cera ⁊ oleo rutino. Et emplāndus est locus cū sinapi: ⁊ vt calefiat. Et lenificanda est nā dando ei de yera cū aq̄ polij maioris ⁊ mētastri. ℭ Et Raſ. dixit in diuisionibus. decoquanē in aceto forti calamentū ⁊ ciperi ⁊ ruthe ⁊ origanū ⁊ grana nigra. s. nigella. Et fiat vaporatio cū eis. Et trajciat aquā calidā in q̄ decocta sint cyminū ⁊ charui ⁊ clysterizeē cū extinctiuis ventositatis.

ℭ De cura colice colerice. Cap. xlvj.

Cura colice ex colera facte effuse ad intestina ꝓpꝛie est de capꝫ passionis de q̄ dcm̄ est supra. Sed colica q̄ accidit ex retentione colere pp̄ opilationem pori fellei proprie reducitur ad colicam ex retentione fecum propter hanc ipsam cām.

Et in cura prime per instrm̄ diete multi errāt putantes esse colicā frigidā: vnde Gal. 12° tera. recitat de quodā quadragenario qui extimabat se colicam pati. s. frigidā ⁊ vtebaē remedijs cōiter vsitatis ad colicam que cōiter sunt calida. Et proficiebāt sibi remedia. s. inq̄ntū sedabant dolorē: ⁊ sed nocebant: qꝛ corrumpebanē ⁊ emittebanē sursum vel deorsum. Et volens Ga. certificari dedit ei cibū difficile corruptibilem quo sumpto minus doluit ⁊ cognouit hoc ita esse: ⁊ oportere kakochimiā eoꝝ expurgari. ℭ Dixit ergo de cibatione huius colice abuberthi. da de oleribus. s. frigidis ⁊ hūidis excepta cucurbita: qꝛ cucurbita habet proprietatem generandi colicam. Et vtendū est potu aque ⁊ non vini: ⁊ vtendum est cibo ⁊ potu infrigidato. Unde Raſ. dixit. 8° ꝯtiñ. Quidam medicus curabat huiusmodi patientes dando eis in cibo de lactucis infrigidatis cum niue. Et de endiuia cum abundantia vltra modum ad sacietatem: ⁊ de vua. s. recente vel de vua. s. vulpina que ē solatrum ⁊ de pomis. s. malis vel de pomis. s. fructibus frigidis ⁊ humidis. Et dabat de piscibus ⁊ ꝯ pedibus. s. quadrupedum: ⁊ de lacte. s. acetoso ⁊ silibus. Dixit enim Gali. 12° terap̄. vt scribitur. 8° continentis cibandus est patiens cibis difficilis corruptionis non stipticis: cum lauetur inde humor ⁊ alteretur eius complexio. Et in potu. dixit Raſ. dabat ille medicus de aqua frigida cuꝫ aceto infrigidata in niue euitatis oībus in quibus fuerit caliditas omnino. Et exinde sanati sunt plures ipsoꝝ: nec passi sunt inde epilepsiam: necqꝫ melliam. ℭ Dixit Sera. cibentur cibis infrigidātibus calefactis: propter acuitatem humoris: sed nō sint ex eis que alterantur velociter. ℭ Dixit Aui. conuenit administratio ciborum frigidorum humectatiuorum ⁊ prunorū perforatorū cū acu infusorū in iuleb maxime viol. de qbus sumat. xx. numero. Et dixit cibi ꝓpostenose colice ⁊ colliricꝫ sint lubrificatiui frigidi: vt aqua ordei ⁊ ius de lentibus in sidabegi ⁊ ius de spinachijs si non timetur inflatio spinachiorum: ⁊ ius qd̄ fit de prunis ⁊ silia. ℭ Dixit Azarauius lib. 26°. Cibaria frigida in colica ex caliditate sunt panis remollitus in aqua cum zuccaro. Et brodium gipiarum ⁊ cōcularum marinarum ⁊ butyrū. s. recens sine sale ⁊ serum caprarum. Et brodium lentium ⁊ ficus virides in ieiunio cuꝫ frigiditate eorum. s. matutinali collecte ⁊ comeste ⁊ vinum granatorum dulcium ⁊ racemi hyemales. s. vue que reseruantur ad hyemem vel de vite producente vuas ⁊ maturante eas in hyeme cucurbita mellones cucumeres mellones palestini: aut persica cerasa malua blitis rostrum porcinum spinachia lupulus minor atriplices ⁊ pulli cocti cum istis herbis frigidis.

ℭ Cura vero huius colice per potionem cōpletur cum euacuātibus coleram illā. Dixit Sera. ingeniabimus in cŏne bilis mordicatiui. Et siquidē non fuerit imbibitus: dixit Gal. medullā cassiefi. cū aqua solatri catemie ⁊ maluaruꝫ de. Et da ēt aquā calidaꝫ cū oleo amig. d. Dixit abuberthi cassiaſ. est bonū medicamen ad laxandum subas lapideas ⁊ colicā calidam: vnde expedit ꝙ patiens sumat de ea ⁊ super eam dormiat de nocte ⁊ in potu sumat de aqua viol. post. eam. ℭ Qꝫ si humor fuerit retentus in interiori. s. in tunicis intestinorum imbibitus vel inter eas: dixit Gal. primo de interioribus dico multos medicos curasse colicam patientes cum yerapig. s. simplici: arbitratus enim sum ꝙ materia cā faciens esset inuiscata in intestinis in quo casu yerapig. iuuatiua est certe. Unde 12° terap̄. dixit. optimum ad hoc farmacum est quod per aloes fit qd̄ vocatur pigra. Et fiunt ēt pillule ex eo que dicuntur pillule de yera. Dixit Serap̄. si humores fuerint submersi in rugis intestinorꝫ damus yerampigram. Et quando damus scamoneam cū pillulis de aloe. ℭ Dixit Raſ. 8°. ꝯtiñ. dico. ℞. cameron dragaganti ⁊ zuccari. añ. ʒ. ʒ. fac pillulas: qꝛ sunt ꝯferentes colice colerice. ℭ Pillule vtiles de reuberbaro que sic fiunt. ℞. pulueris yere. ʒ. ij. agarici reuberbe. añ. ℈. iiij. diagredij. ʒ. ʒ. infomentur cum succo rof. Dosis a. ʒ. i. vſqꝫ ad. ij.

Medicamina solutiua cŏ meatibus.

ℭ Dixit

¶ Dixit Aaron. in colica colerica cũ siti ⁊ inflãmatiõe ⁊ vomitu vehemẽti da de syrupo acetoso laxatiuo ɔfecto cũ scamonea: aut de yera. auř. ij. cũ. ℥. iij. aq̃ in qua dissoluta sit cassiefi. cũ oleo amigd. dul. ¶ Conueniũt insup clysteria lenitiua. Dixit Gal. 12° terap. clysterizãdus est cũ aq̃ ordei excorticati. Et quidã decoquũt in ea lactucã endiuiã maluã violaceã alteã ⁊ volubilẽ minorẽ. Et qdã addũt in ea oleũ vio. qdã cassiã. qdam elarium de succo rosarũ. Dixit A. sufficit .s. qñq; in curatione eius extio ɔplonis hũoris .s. cũ fridis ⁊ hũidis. ¶ Conueniũt ẽt ab ex̃ embroce ⁊ fomẽtatiões ex infridantibus ⁊ hũectãtibus. Dixit Raf. 8° ɔtiñ. ad colicã hãc vehemẽtẽ ponẽdũ est de aq̃ calia in vase in cuius iteriori pte sit orificiũ puũ ⁊ suspendaſ recte supra locũ doloris: ⁊ dormiat dũ epythima fit .s. guttatim cadẽdo aq̃ sup locũ: qm̃ ɔfert valde. Dñt qdã. vtile fore surfur calefactũ in vase aliq̃ modico aceto aspersũ: ita q̃ non fiat humidum in sacello positum ⁊ loco dolenti applicatum. Amplius ad curã puctionis recurrendum est.

Embroce fomẽta ⁊ ticnes cõueniẽtes.

Flõmia p̃ mittẽda ⁊ solutiõi.

Cura vero eius q̃ fit ex retẽtione colere q̃ nõ descẽdit ad itestina est silis cure icteritie. Vñ dixit Aui. apies vias colere cũ eo qd̃ scis ex cap̃ icteritie: deinde administres in qbus est lenificatio: sñ ex̃ dicit. vel penetratio ⁊ abstersio: sicut medulla cartami cũ ficubus. Et sicut ɔfectiões colicoꝝ .s. patiẽtiũ colicã flaticã. Et dixit. qñq; sufficit in ea pmissio .s. añ cibũ ficle clirate ɔdite cũ oleo aq̃ ⁊ almuri. Et sinapis .s. sumpta supra cibũ. ¶ Dixit Raſ. in diuisionibus vtanſ almuri ⁊ sinapi ⁊ ficubus imaturis. Et ponanſ in eis de lacte fici ⁊ ficle aliqd. Et sumat añ cibũ oliuas aq̃ .i. q̃ saliunſ ⁊ salite tenenſ in aq̃ ⁊ ficlã cũ sinapi ⁊ cõterat medullam cartami cũ ficubus .s. siccis ⁊ sumat inde ante cibum.

¶ De cura colice apostemose. Cap. xlvij.

Cura colice apose apate calo. dixit abuberthi. attenuandũ est regimẽ ad modũ regiminis febriẽtis. Et Bimasuy dixit. cibetur boleribus .s. frigidis ⁊ hũidis ɔditis cum oleo amig. dul. Et in pcessu in cibis coꝝ pone. dixit Aui. aquã cicerũ decoctã cũ aq̃ ordei excorticati. Et deť eis in potu aq̃ feniculi: ⁊ hoc eẽt qñ esset in declaratione. Aliis aũt tẽporibus regimen sit subtile absq; vino ⁊ carnibus ⁊ sorbilibus.

Cura vero p potionẽ in itẽtõe ad euationẽ. dixit abuberthi. noli dare medicamẽ solutiuũ .i. i pn°: qm̃ mortale erit: sz minutio fiat ad extrhẽdũ sanguinẽ paulatim paulatim in plurib° vicib°: qm̃ exinde magnificaſ iuuamẽtũ ei°. Et Ha. dixit. nõ oz in pnis medicamẽ porrigere solueñs: qm̃ in yleos trãsiret: sz basilice ppara flõmiã ⁊ sanguinem iuxta qd̃ opus fuerit extrhe. Dixit Ser. necesse ẽ vt fiat flõmia si nõ ɔhibuerit aliqd ab ea. Qz si flõ ẽ paruũ pone extrctionẽ sanguinis ex iũctura .s. cubiti ex basilica: sicut dixit Hal. q̃ nõ in vẽta fiat ex vena cõtisz si ẽ magnũ donec difficilis fiat vrina ex lesiõe loci ex mẽbro a quo cũaſ .s. vrina vt renib° vel vesica: tũc oz vt ponam° extrctionẽ sanguinis ex venis q̃ sũt sup duos calcaneos .i. sasenis ẽt. Dixit. n. Pau. si fuerit cũ eo difficultas mingẽdi minuẽda ẽ sasena .s. post basilicã. Dixit. n. A. oz vt euacſ sanguis p flõmiã basilice si etas ⁊ dispõ ⁊ virtus ɔueniũt in ea: ⁊ reliq̃ neciarant faciũt eã necessariã idicãtia ipsaz. Qz si fuerit apa vehemẽtis magnitudis ⁊ pueniret ad h̃ vt cõicẽt ei renes ⁊ retineaſ vrina: opoztebit vt fiat flõmia de sasena ẽt post basilicã. ¶ Post flõmiã solue vẽtrẽ dãdo de aq̃ volubilis minoris solatri ⁊ maluauisci fil .s. Dixit Bimasuy. ponẽdo cũ eis cassiaſ. ⁊ oleũ amig. d. Et Ser. dixit post flõmiã pota ifirmũ aq̃ solatri: aut alkekẽgi aq̃ granoꝝ ⁊ folioꝝ altee cũ cassiaſ. Et A. dixit. leniaſ nã cũ aq̃ duorũ granatoꝝ .s. dulciũ ⁊ muzoꝝ: aut cũ aq̃ folioꝝ altee endiuie ⁊ solatri in qbus ponaſ cassiaſ. ⁊ syracost. ⁊ bibanſ ⁊ h̃ cõueniũt in sanguineo maxie: ⁊ ẽt i colerico. Verũ dixit. A. qñ iuenis colaz plimã ⁊ acuitatẽ plurimã idigeret solutiuus cuius q̃ sũt sicut scamonea ⁊ aleos fm singularitatẽ .i. vtrũq; p se vel fz singularitatẽ modi situatiõis colere: q: si est ibi hũiditũc cũ aloe: ⁊ si nõ: tũc scamonea. ¶ Deinde .s. post flõmiã ⁊ solonẽ dirigaſ cura ad apa pcedẽdo fz diuersa tpa ei°. Nã in pn°. dixit. n. A. icipiaſ in curatiõe eius ab acceptis .s. itẽrius fridis ⁊ humidis: sicut aq̃ citruloꝝ ⁊ mucillag. psillij ⁊ silũ pter cucurbitã: cucurbite. n. inest ppetas mala in egritudinibus itestinoꝝ. Et ab ex̃. dixit Ser. administra ẽplm de violis hũidis ⁊ folijs altee ⁊ solatri ⁊ alkekẽgi postq̃ terũſ multũ ⁊ misceanſ cũ violis siccis: ⁊ altea ⁊ farina ordei ⁊ oleo vio. ⁊ rof. Et. A. dixit. icipe cũ ẽplis ifridãtibus: sz sit i eis lenificatio qdã: sicut ẽ aq̃ vio. ⁊ sicut semẽ lini. Et vidi de itẽtiõe Sera. ⁊ A. q̃ repcussiua frida stiptica pura nõ sũt approximãda fortasse: ne nimis exiccet ſer. Cumq; pcedit ad aug" misce aqs dictis q̃ bibunſ aq̃ sebestẽ ⁊ liqritie ⁊ maluue. Et ab ex̃. dixit A. declina ad lenificãtia plus: sicut addẽdo ad pdcm̃ ẽplm flores camomille melliloti ⁊ siliqua ⁊ ɔditur cũ dictis oleis addito oleo camomillino: ⁊ adhuc cũ pl° pcedẽte adde lenificãtia cũ pluri resolone: donec in declaratione vtaris anodinis solis. ¶ Et clysteria qdẽ in huius colice euõne multũ ɔueniũt. Verũ oz vt cũ multa suauitate iniijcianſ. Et in pn° qdẽ fiat clystere cũ aq̃ ordei sola: aut cũ ea ⁊ oleo ro. vel vio. Et. A. dixit. cũ necessaria fuerint clysteria clysterizenſ cũ aq̃ ordei ⁊ cassiaſ. ⁊ siracost. ⁊ si pmisceanſ cũ aq̃ ordei ⁊ aq̃ solatri: ⁊ aq̃ alkekẽgi erit magis ɔueniẽs maxime in colico: in q̃ Oribasius docuit facere clystere ex succo portulace. Cura. n. dixit. A. oz variari fm apa .i. fz diuersitatẽ apatis ⁊ mãe eius: ⁊ vt sit illud qd̃ approximas magis ɔueniẽs ⁊ magis iuuãs. Postea .s. post pn" decoq̃ in aq̃ ordei sebestẽ ⁊ viol. ⁊ folia alt. ⁊ successiue trãsi ad lenificantia magis: vt flores camomille ⁊ mellilotũ ⁊ silia. Dixit A. nos diligimus enemata cum lacte asine in quo dissoluta sit cassiaſ. Et sit oleũ coꝝ oleũ amig. d. ⁊ sisaminũ. Et dixit. qñ q̃ pterãit ifirmitas hũc locũ: ⁊ appet lenitas pauca: q: .s. apa icipit iã resolui: tũc necessariũ ẽ vt ponas in clysteribus aq̃ ordei folia altee ⁊ semẽ lini ⁊ filia: ⁊ aliqd de rubea .s. tinctorũ ⁊ fenugrecũ ⁊ camomillã ⁊ anetũ ⁊ caules: aut succũ eorũ. Et pone in ea triplicatũ succi vue .i. sapã ⁊ cassiaſ. ¶ Et caue ne erres ⁊ credas apa fore frigidũ ⁊ vtaris calis. Dixit enĩ abuberthi plures vidi colicos crudeles ⁊ difficiles ⁊ q̃ tiens in eis medici clysteria faciebãt .s. vsitata ad colicã frigidam vehemẽtius ⁊ violẽtius augebaſ passio ⁊ dolor ⁊ cõstipatio: donec mors sequebaſ. Et dixi q̃ in hac passiõe erat apa in itestinis .s. calm: vñ opoztunũ erat clystere lubrificatiuũ. ¶ Qz si apa fuerit fridũ. dixit Gal. in li° d̃ clysterib° si at clystẽ cũ oli laurini pte .i. ⁊ oli. sciõie ⁊ adipis ãseris. añ p. ij. ⁊ fiat clystẽ: qm̃ mirabile erit. Et A. dixit. ex curatiõi h° hõis ẽ vt sumaſ olei laurini: ⁊ d̃ oliuis ⁊ d̃ adipe ãseris. añ. ptes eq̃les: qm̃ ẽ mirabile .i. si inũgaſ ⁊ clysterizenſ. Et ɔferũt ei ẽpla de abrotano aneto piretro melliloto ⁊ silib°. Et ex eis q̃ ɔferũt ei valde est emplz de abrotano ⁊ bitumine iudaico: ⁊ in sũma cura ẽ silis cure apatis frigidi stõi.

Cure apa tis fm ei° tem poꝝ.

¶ De cura colice ex fece. Cap. xlviij.

Dixit Gal. in tegni. In colica ex opilone fecis ppone i pnis i curatiõe ad lenieñdũ duritiã fecis cũ clysterib° hũectatiuis ⁊ vnctuosis: ⁊ 2° ad euãdũ illã .s. qd̃ mollificatũ ẽ ex fece cũ clysterib° acutis: ptẽ ẽt fex sicca mollificari p ebibita: ⁊ sic euacuatio ẽt ⁊ p exteri° approriata. Et h̃ siue siti cã colice opilo ex fece sola: siue sit alia cã secũ ɔiũcta. ¶ De approximãdis ab ex̃. dixit abuberthi. sessio i pla i egritudib° colice .s. ex fece sicẽ ẽ ɔferẽs valdẽ eo q̃ mollificat totũ corp° ⁊ ppe musculos ani. Et recurrẽdũ ẽ ad ea q̃ dcã sũt sup. i cap. stipticitatis vẽtris. ¶ De cõplicata cũ alia spẽ colice. Dixit A. i frida ⁊ vẽtosa si fex fuerit retẽta: nõ oz vt icipiaſ cura: nisi cũ eo in q̃ ẽ lubrificatio fecis p mucillaginẽ q̃ ẽ i ipso ⁊ cũ oleis ⁊ medicinis q̃ sũt

ad fece s.mollificādas ⁊ extrahēdas:⁊ iste sunt ille q̄ cōue
niunt ad curationē colice facte pure.al's.facte ex fece:deide
post mollificationē ⁊ eductionē fecis redeat ad clysteria.Le
alis cūentia flā:si fuerit flatica.sup.⁊ cōsilr in alijs.

Cura fec. ex fece so la exicca ta. ¶ In fcā aūt ex fece sola opȝ prius ad mollificationē:vt ocm̄
est fecis attendere ⁊ eius eductionē: deinde ad cām exicca/
tionis eius venire. ¶ De mollificatiōe fecis ⁊ eductiōe ei⁹.
dixit abubertbi.cū retinet fex ex siccitate eius impiti labo/
rant toto studio ad emittendū eā.s.cū clysteribus ⁊ medici
nis acutis:⁊ inde accidūt diuersa vlcera cū dolore:imo opȝ
q̄ cū patiens cognoscit q̄ retētio eius est sibi nociua:sumat
ipso die de iure vnctuoso. Et fiat ei clystere de oleo sisamino
sup.vel alio silī. Et sumat in potu de vino dulci:aut de syru
po ficuū:qm̄ ꝯueniens erit ei. ¶ Dixit Azarauius lib.:6⁰.
syrupus ficuū cui est sepe cōstipatio vtēdo illo remollit ⁊ la
xat nām. Et fit sic. ℞.ficuū alboꝝ ptē.i.aq̄ ptes.x.coquant
ad lētū ignē vsq̄ quo venerit ad statū iulep:de quo accipiat
oi die.ℨ.iij.⁊ plus ⁊ minus fm̄ q̄ laxabit. Et dixit eliū de fi
cubus vtile senibus:⁊ laxat coꝝ ventrē cuȝ sunt cōstipati ⁊
accipiat de mane. Et sic fit. ℞.croci ortēsis ⁊.ȝȝ.albi mūdi.
an̄.ȝ.ij.terant ⁊ cribrent. Et ficuū albaꝝ pinguiū nūero.
30.⁊ terant in vno mortario ligneo in modū q̄ nō appareāt
grana. Et si nō possunt bn̄ teri ferueāt modicū:⁊ ponat cuȝ
eis de baurach ⁊ fex argēti vsq̄ ad.ℨ.5.⁊ pistent postea oia
sil'⁊ icorporent cū melle dispumato in quo misceat de aq̄
in qua decocte fuerint.⁊ hoc si coquat sic q̄ nō possint bn̄
teri ⁊ accipiāt ex eo q̄libet die qn̄ sunt cōstipati. Et illi de cō
plexione frida accipiāt ad modū vnius oui:q: lenit nās coꝝ
⁊ nutrit eos.sup.⁊ alij accipiant minus. ¶ Dixit Raſ.in di
uisiōibus.sumat in potu syrupū viol.aut decoctionē ficuū:
aut rob dulce:aut oleū sisaminū:in quo est de zuccaro rub.
q̄tū ipse est sup ignē:aut de penidijs. Et sint cibi dulces vn
ctuosi ⁊ mollificatiui. Coquant penidij cū oleo sisamino ⁊
accipiat an̄ prādiū:est.n.cibus ⁊ medicina. Itē brodium ci
cerū cū oleo amig.sumptū laxat. Et silr mel cū butyro potu
tum. ¶ Dixit Aui.in fcā pp cibos:qui.s.generāt fecē siccā
si posle est q̄ euomāt residuū eorū qd̄ remāsit in stō faciāt:⁊
declinēt cū cibo ad lubrificātia frigida ⁊ cal'a ⁊ tēperata fm̄
necessitatē. Et lubrificātia qdē frigida sunt:sicut ius galli de
crepiti q tam diu insequat donec lasset ⁊ cadat: ⁊ nō rema/
neat in eo fortitudo. Et qdā hoc faciūt verberando ipm cū
scopa postq̄ depilatus fuerit:deinde decolet ⁊ incidatur ⁊
frāgant sup eū ossa eius ⁊ decoquatur in aq̄ plurima:valde
cū sale aneto ⁊ polipodio:quousq̄ dissoluat in aq̄ ⁊ rema/
neat in aq̄ fortis.s.ipressio eius ⁊ sorbeat illud. Et qn̄q̄ po
nitur in ipso oleū de cartamo:⁊ ex eis est ius de spinachijs
cū pullis pinguibus:⁊ ius de prunis ⁊ alia silia. vt ius mal
ue ⁊ decoctio fructuū sorbiliū fridorū. Nā hec lubricātia:
aut leniūt fecē ⁊ educūt:aut leniūt ⁊ currūt iter ipsaȝ ⁊ cor/
pus itestinorū ⁊ sepant iter ea ⁊ ꝑparāt ipsam ad lubricita/
tem. Cū ergo post istā ꝑparationē sumit solutiuū:aut fit cly
stere alleuiat exitus eius ex eo. ¶ Et ista clysteria ⁊ soluti/
ua q̄ dant post ꝑparationē fecis debēt eē ex eis q̄ dcā sunt i
cura colice colerice. Et ꝓprie clystere factum ex succo ficle ⁊
violis ꝯtritis ⁊ almuri ⁊ oleo sisamino ⁊ baurach. ¶ Aut
sicut.dixit Raſ.8⁰.ꝯtiñ.dico ad nām siccā ⁊ aptā ad passio
nem colice. ℞.decoctiōis lenificantiū.s.dictorū ⁊ dissolue i
ea.ℨ.i.medulle cassief.⁊ cōmisce cū eis olei amig.da.d.ȝ.ij.⁊
da in potu p hebdōas: qm̄ eradicabit siccitatē ⁊ tollet eam.
¶ Dixit Ser.q̄ sup oia ad mollificandū ⁊ relaxādū vȝ cly
stere fcm̄ de lib.i.lactis vaccini cū.ℨ.i.medulle cassiafi.
Ius galli decrepiti. ¶ Lubrificātia vō cal'a sunt.dixit Raſ.8⁰ ꝯtiñ. ius cicerum
cōfectū cū pullis colūbarū aneto ⁊ sale multo. Et sicut ius
caricarū pinguiū ⁊ medulle cartami:⁊ seminis vrtice. Et si/
cut ius galli decrepiti exuꝫ̄terati ⁊ repleti medulla cartami
polipodio semine vrtice ⁊ silibus. Et hoc brodiuȝ pōt effici
solutiuū distēperādo in eo ō electuario indo vel dyafinicōe
⁊ silibus. In exiccatione tn̄ fecis oȝ dari simplr ius ipsi⁹ gal
li vel galline veteris. ¶ Et lubrificatiuis aūt q̄ sūt iter duas
virtutes.s.calidā ⁊ fridā q̄ sunt tēperata.dixit Auicē.est vt
sumat zuccaꝝ rub.⁊ penidie resoluta in tāto oleo sisamino
q̄ztum ipsa sunt ⁊ bibant. Et silr decoctio ficuū:⁊ sebesten
q̄ bibat cū triplicato vue. Caro alaude multū vȝ cū de ipsa
multū comedit ⁊ bibit ius eius. Dixit tn̄ Gal.in xi⁰.ō sim
plicibus.q̄ opȝ vt frequēter ⁊ multotiēs comedatur. Et ex
eis est decoctio radicū alter hn̄tis folia intercisa bibita cuȝ
zuccaro ru. ¶ Dixit Aui.siqdem cā fecis sicce fuerit cibus
siccus:aut durus fiat permutatio ad lenē humidū lubrifica
tiuū:⁊ si fuerit cibus paucus multiplicet:⁊ ille q multū vti
tur comestione pisciū frigidoꝝ ⁊ ouoꝝ elixatoꝝ.s.idurato
rum ⁊ supflue vtit eis recipiant rem plurimā salis puluerí/
zati subtilr:⁊ vt sutiat.⁊ bibāt sup ipm aq̄ q̄ztitatē quā pōt:
deinde exercitet ⁊ moueat labore aliquo:⁊ fortasse soluent
eū. ¶ Et dixit abubertbi.recitauit mihi qdā q̄ fuba.s.sec a
lis nō emittebat ab eo oino:nisi p clystere:⁊ h̄ nō erat ex sic/
citate eius:imo suba eius erat lenis ad qd̄ cōieci q̄ aut fistu
la cū dolore ꝓhibebat vas ad expellendū. Aut erat defect⁹
expulsiue in itestinis.quē iterrogaui:an sit cū eo dolor ⁊ rn̄/
dit q̄ nō:tuci ꝯsului q̄ qn̄ sumit nutrimēta eius in cibo su/
meret de oliuis salitis abūdanter cū almuri:aut de piscib⁹
salitis:aut de ficubus in qbus missum sit de lacte ficus:aut
baurac h:aut de medulla cartami. Et q̄ clystere ei fieret cuȝ
aq̄ salis vel almuri. Et cōualuit ⁊ si nō cōualuisset: iā clyste/
rizassem eū cū clysteribus calefactiuis. Et vnxissem lūbos
eius ⁊ mirach cū oleis calidis:cū sensus itestini recti defece
rit tunc. ¶ De h̄ dixit Aui.cōuenit administratio confortā
tium expulsiuā ⁊ tyriaca ⁊ metridatū.s.fomētata. Et admi/
nistret in solōne eius yerāpi.cū aqs spērū.s.calidarū ⁊ oleo
de cherua. Et opȝ vt sit cibus eius de cibis bonis cuȝ carni
bus leuibus laudabilibus. Et dixit.conferunt in facta pro/
pter debilitatem sensuū sumere ea que sunt:sicut yeralogo/
dion ⁊ tyriaca ⁊ metridatum ⁊ vinum purum. Et ex oleis
que conferunt bibendis ⁊ clysterizandis sunt oleū alkeken
gi:⁊ oleum de cherua ⁊ de costo proprie.
¶ Et si cā exiccatiōis fecis fuerit vehemētia raritatis corpo/
ris ⁊ sudor:aut caliditas ventris. Dixit Aui.opȝ vt admini
strent curationes faciles p̄dicte in cura colice colerice. Et ē
necessariū eis ⁊ illis de qbus an̄ dixerat.i.q cōsueuerunt su
mere pisces frigidos ⁊ oua elixata plurima vt sumant an̄ ci
bū lenificantia:sicut pruna altea sicla cōdita cū oleo dulci ⁊
siracostib ⁊ silibus ⁊ vua ⁊ ficubus ⁊ citomillis ⁊ sumāt al
muri in ieiunio:aut oliuas aq̄ i ieiunio ⁊ mltiplicēt in cibo
suo pinguia. Et aliq vtunt butyro. Et sorbent an̄ cibū deco
ctionē cauliū decoctoꝝ cuȝ carne agni pinguis: aut galline
pinguis. ¶ Et si raritas fuerit in corpe supflua inspissa cor
pus cū oleo ro.⁊ mirtbino inūgendo ⁊ in ceroto posit̄. Et
minora ex balneatiōe.s.cū aqs calis:⁊ ponat balneario ei⁹
cū aq̄ frida. Et cū admixtiōe reliq regiminis p̄dicti. ¶ Dix
Raſ.in diuisionibus. Cura facte pp vehemētiā calitatis.s.
vētris est assumptio fructuū lubrificantiū ⁊ infridantium
an̄ cibū:sicut sunt pruna ⁊ ficus humide.i.recētes ⁊ grissō/
mila ⁊ silia de illis q̄ infrigidant ⁊ humectāt ventrē. Et fcē
pp raritatē corpis. Cura est assumptio ciborum grossorum
viscosorum ⁊ inungere manifestum corporis.s.cutem cū ce
ra ⁊ oleo ro.⁊ introitus in aquā frigidam.
¶ Et si cā eius fuerit multitudo ꝓuocatiōis vrine. Dixit. A. Cura re tētiōis fe cis fcē pp multitu dinē pvo catiōnis vrine.
extrahe fecē cū eis que scis ex predictis:deinde multiplicet
in accipiendo ea que sunt sicut dactili ⁊ passe dulces humi/
de ⁊ penidie:⁊ oia.que minorāt vrinā ⁊ leniūt nām. ¶ Di
xit Raſ.in diuisionibus.comedat carnes passularū ⁊ dacti
los ⁊ sisamos factos cū amillo:⁊ butyrū coctū ⁊ crudum ⁊
penidios. Et assiduare acceptionem medulle cassief.⁊ syru/
pum viol.⁊ pruna infusa in iulep.⁊ silia de illis q̄ mouent
ventrē cū opilatione meatuum vrine.

¶ Et cura

Cura relı̄ctide facte pp siccitatē intestinorum. Cura facte pp caliditatē aeris balnei aut pp laborē

¶ Et cura facte pp siccitatē intestinoꝝ. Dixit Ras. in diuisionib⁹ ē potus olei alicu⁹ añ cibū ⁊ introitus in aquam calidā.s. dulcē ⁊ acceptio vini dulcis ⁊ ciboꝝ vnctuosoꝝ. ¶ Et facte pp caliditatē aeris balnei vel laborē. dixit Ras. ibidē. est sumere cibos lubrificatiuos vnctuosos multe q̈titatis ⁊ fructus humidos. Et alterare aerē ⁊ dimittere laborē ⁊ vngere corpus cera ⁊ aliquo oleo.s. frido ⁊ intrare in aq̄ frigidā. ¶ Dixit abuberthi. si substātia.i. fex sicca latitans fuerit imprimēs p̄mitū ⁊ laborē ⁊ app̄r sella vngēda est ipsa sella.i. anus: deinde nō debes laborare ad emittendum ipsam substantiam: sed cū instr̄o siliꝛ ex quo mundatur auris: sed tñ maiori obmittēda est illa sub̄a paulatim paulatim pars post partē: ⁊ postea cum augmēto p̄mitus eius emittenda est pars residua: qm̄ semꝑ post illā sub̄am siccā est pars humidior. Et patiēs hanc passionē oꝫ sumere in potu ⁊ cibo de iurib⁹ vnctuosis: ⁊ de vino dulci. Et dixit. q in maiori pte accidit qñ aliqs dormit cum substātia sicca existēte in īt̄estinis: vñ studeat ad emittēdū eā añ noctē. qm̄ si dormieris sup eā mane erit sub̄a siccior ⁊ nociua.

Cura relı̄cte nōie facte a torsione intestinorum.

¶ Cura facte a torsione intestinoꝝ. dixit A. melior cura est vt sedeat in loco occulto.i. obscuro: ⁊ fricet vēter eius cū tactu subtili.i. leni cēli p̄parante intestina eius ad locum suū. Et iungat̄ siliꝛ dorsū ei⁹ ⁊ ꝯstringatur cura eius valde fortit.i. fricet̄ ⁊ p̄mat̄ vt diuertat̄ mā ⁊ p̄hibeat̄ spatio.

Cura facte a vermibus.

¶ Et facte ex vermib⁹ ē cura vermiū: verūtñ si fuerit dolor supra vmbilicū administrent̄ ea que bibunt̄: ⁊ si circa vmbilicū: vel īfra administrent̄ clysteria ⁊ regat̄ cura vermiuꝫ.

Cura facte ex ruptura

¶ Et in facta a ruptura regatur colica in seipsa. s̄m suam dispōnem si non remouetur per rectificationem rupture: deinde preparentur.

Cura facte ex lapidibus.

¶ Et Judeus qdem curabat emittētes lapides cū stercore cum oleo de keruo ⁊ cera. ¶ In colica quoqꝫ fecali solutiua fortia non administrent̄ nisi postq̄ non inueniunt lubrificantia esse plurimi iuuamēti: tunc.n. non est excusatio pillulaꝝ ⁊ syrupoꝝ solutiuoꝝ fortiū dictoꝝ in cap̄ colice flātice. ¶ Dixit Ras. in suis secretis decoctio agarici sanat antiquū dolorē vētris. Et Albertus dixit. q sanat oēs dolores intra corp⁹. Et valet ēt clysterizatus cū oleo ⁊ melle: ⁊ maxime p̄cedēte mollificatiuo clysteri. Et Ale. dixit. nō erit aliquid melius ad sub̄am siccam obturantem intestina aloe: vnde fiant ex eo pillule ⁊ sumantur.

¶ De cura colice per narcotica. Cap. xlix.



ne. Et in maiori parte in his apatibus fiunt febres erratices:
aut lente in apatibus frigidis et lentis: io qz febres non ad
ueniunt in apatibus mebroz non pncipaliu nisi qn para
ta sunt sanie facere. Dixit Ras. 10o. ptinetis. si fuerit in apa
te renu punctio calidu est. Et si non fuerit punctio frigiduz
est. Et aliqn dico signu calidi habet p inflamatione et sitim: et
multa vrinam. C De vrina in his apatibus dixit Aui. est al
ba. s. in principio. Serap. aut dixit est in principio subtilis
aquosa. Et exponut q est remisse tincta. ronabile. n. vi q in
oi apate renu: sed maxime in calido vrina debeat esse tincta
pp defluxum caloris spus et humoris colerici ad locu apa
tis. Et est subtilis pp opilatione phibentez vt non ptrāseat
nisi humiditas pura aquosa: vel modicu pmixta. Et in fine
dixit Sera. vrina tingit et rubet. Et Aui. dixit. deinde fit ci
trina ignea non pmixta. s. multis humoribus. et hoc vt dixi
erit in principij fine et in principio augmenti: postea in fine
augmenti et statu fit rubea. Et scias q vrina in apatibus re
num transit subtilis non colorata pp opilatione que in eis
accidit coarctatiua vel et attenuatoriam ex inflatione inte
stinorum vel et matricis coprimente renes et coarctante mea
tus eorum. C Oz si apa calm fuerit sanguineum calor sen
titur in psundo. Urina erit spissa rubea vel subrubea in co
paratione ad apa citrinum: et adest vtplm plenitudo corpo
ris totius. Et vene tumide apparent: et maxie ille q sunt sub
cauilla pedis et maxime in pte siluestri. Et qnqz est cu eo do
lor sincipitis. Et sunt cu eo alia signa dominii sanguinis. Et
pcipue regimen pteritum gnatiuum sanguinis. C Si vero
fuerit colericu tunc sentitur inflamatio et punctio et arsura
in profundo. C Et corporis totius siccitas. Et vrina erit te
nuis russa vel subrussa et reliqua signa colere precipue regi
men preteritum generatiuum colere.

Sig9 apa tu fridoz. C Signa vero frigidoz dixit Gal. primo de interioribus si
cum ponderositate erit absqz inflamatione extensio: tuc erit
apa frigidum. Et inflatio erit dixit Aui. scdm nam. s. mae ma
gis vel minus apte vetosari. C Et dixit Auice. signa flatici
sunt tensio et grauitas et minoratio operationibus renu. Et
non est illic inflamatio. Et qnqz est illic inflatio et mollities
in facie et oculis et in reliquo corpore. Et est sperma humi
dum valde tenue. Et est cum defectu signoz q sunt propria
apati duro roz. Dixit Galib. si fuerit ex flate maior erit ag
grauatio: et malus pondus cu extesione mebri et frigus et al
gor sentit in profundo. Et adest vrine denigratio. Et qnqz
fit discolorata et saniosa: et quandoqz cinerita et quandoqz
liuens cum grossis resolutionibus et pilis. Et flegmaticoz
quidem cause note sunt ex precedentibus.

De apate melico et duro. C Melicum vero apa aut fit incipiedo: aut sequedo alia apa
ta maxime calida. Et raro est q fiat incipiendo. Cum tn ac
cidit tuc ca eius dixit Auic. est humor melicus currens ad
rene qui ingrediens in porositates eius apostemat ipsuz. Ca
vero apatis melici sequetis: qd proprie appellat apa duritie
qzuis et illud qd fit incipiedo: ab Auic. vocetur et duru: est
lapideitas siue indoratio proueniens ex apate calido ppter
frigus. s. pueniens a medicinis frigidis approximatis ipsi
apostemati calido qd constringedo et exprimedo indurauit
ipsum. Aut fit ppter calore ingrossante ipsum apa calidu:
resoluedo qd in eo est de subtili et relinquedo grossum ide
ratum. C Et signa apatis melici incipientis sunt signa osten
dentia dnium melie supra habita iuncta alijs signis gnali
bus apatis renum. C De signis vero indurati dixit Serap.
cum accidit in rene apa melicum duru lapideum tunc non
est cu eo dolor. imo sentit patiens grauedine vehemete susp
saz cu rene infirmo. Et est plm illius grauedinis retro a par
te ylioz. Et Paulus dixit. apostemata grossa dura in reni
bus non hnt dolore secundu: ed extimat aliquid suspensum
esse de parte flancoz. Aliqn tn cuz apate duro sequete apa
calidu aliquis est dolor leuis. Unde dixit Rasis. in diuisio
nibus. Ad apostema qd induratur remanet grauitas cum
aliquantulo dolore in cathin. Et Aui. dixit apa duruz gra
uitas vehemens cum qua non est dolor de quo sit curandu
nisi in facto post apa calidum: in ipso. n. qnqz commouetur
dolor. s. in principio sue indurationis. In processu vero cuz
lapidatum fuerit nullus dolor erit. Et dixit Sera. sequun
tur huius dispositione debilitas in duobus cruribus: et stu
por duarum ancharum: qui acidit ppter opilatione prohi
bente spiritum animale penetrare. et Paulus dixit. eis acci
dit stupor in anchis et tepestas in tibiis. Auic. aute dixit de
signis eius est paucitas pulsationu vel punctionum. als. et
nellus pissidum. s. ancharum in quibus vertebra ingrediu
tur et p paucitate intellexit extenuatione ipsarum. Dixit. n.
Aui. q accidit omnibus mebris inferioribus extenuatio et
arefactio. Et accidit dixit ipse stupor ancharum siue ambaz
rum pissidum. Et qnqz stupefiunt ambo crura veruntame
ipsa ambo. s. crura et anche non euantur a debilitate. Et di
xit Sera. vrina que euatur ex istis est pauce qtitatis subti
lis in qualitate sua indigesta: qz renes qn debilitantur et co
arctatur in meatibus suis no attrahitur aquositas ex venis
sicut opz. Et qd attrahitur non alteratur sicut alterabatur
prius. Dixit Paulus q eius quantitas est modica. Et Ras.
dixit. vrina minoratur. Et Auice. dixit. q vrina est subtilis
pauca in qtitate: qz ambo renes parum aquositatis attra
hunt propter debilitate virtutis eorum et debilitate expul
sionis eorum amborum: et est priuata digestione: tenuis aut
est propter opilatione que prohibet qd turbiduz est et gros
sum penetrare et et prohibet penetrare plurimum eius qd
tenue est quare est pauca. imo opilatio qnqz captiuat vrina
. s. eam retinet ac si esset coarctata. Et debilitas prohibet vir
tutem digerere: quare est indigesta. Et dixit Sera. q non at
trahitur et euatur vrina sicut opz: io quandoqz aquositas pe
netrat ad mebra: et facit euenire mollitie et principiuz ydro
pisis. Et Paulus dixit summarie dico q dispositio ipsoruz
similis est dispositioni incipientis laborare ydropisi. Un di
xit Ras. in diuisionibus q incipit veter inflari. Et fit ydro
picus scdm dies. dixit Auice. qnqz prouenit ex ea. s. retetione

vrine

vrine: ⁊ paucitate cõmotio.i.antecessio perducẽs ad ydropisim. Nam supuenit eis cacesia pp opilationẽ vie aquositatis sanguinis: ⁊ reditionẽ eius ad corpus. Preterea dixit Alm. hoc apa pro paruo nõ est habẽdum: qm̃ pducit ad ydropisim. Dñt ꝙ in apate duro melico sentitur ponderositas maior q̃ȝ in alio.s.q̃ȝ indurato vel q̃ȝ in alio aliorũ eiudẽ mol. Et inuenitur corpus aridum. Et vrina est mediocris tenuis discolorata: verũtñ q̃nq̧ apparet spissa ⁊ q̃nq̧ nigra: cũ aperiuntur opilationes ⁊ expellitur humor melicus. Et febris in eo est remissa lenti caloris.

Sig^a sup purationis ⁊ eruptionis apatum

❡ Signa aũt suppurationis apatum renum dixit Aui. quãdo apa fit dubellati: ⁊ saniatur magnificatur grauitas valde. Et sentitur quasi spera grauatiua in vẽtre: q2 sentitur q̃si lapis rotundus grauans cum iacetur sup vẽtre. Et accidit inflatio.i.extensio in locis vicinis yliorum. Et accidẽtia fiũt fortia de dolore ⁊ febre ⁊ alijs. Et sentitur punctura.i.dolor pungitiuus vehemẽs in vẽtre: q2 in loco apatis: sed q̃n maturatum est ⁊ saniatum alleuiatur febris: ⁊ ẽt reliqua accidẽtia: horripilatio tñ augetur.s.donec rumpatur apa. Et cum rumpitur ingrossatur tunc vrina ⁊ multiplicatur tunc in ea sedimẽ. Dixit enim Gal. 6° de interioribus. ⁊ scribit a Rabi in 9ª particula. Cum digeritur.i.digestum est apostema generatum in renibus.sup. ⁊ rumpitur: tunc minget patiens vrinam fetentẽ sicut est secessus: q̃n tñ rumpitur dixit Aui. remouetur febris ⁊ rigor omnino. Et si quidẽ sanies fuerit alba lenis non fetida.i.pauci fetoris ⁊ egreditur cum vrina tunc adeo bonum est ꝙ melius esse non põt. Et silr si est qδ egreditur sanguis ⁊ pus albũ. Et qδ est diuersum ab hoc est deterius ƀm diuersitatẽ sui.s.maiorẽ vel minorem. ❡ Dixit Raƀ.io.ↄtiñ.ex primo pronosticorum. Si accidit ex apostemate calido in renibus cum febre alienatio mẽtis non ex causa dyafragmatis tunc pnccabile erit. Inspicere tamẽ debes significatiões alias malas: qm̃ si inuenitur hoc cum alijs significationibus malis peribit omnino patiens. Et si fuerint cuȝ eo significationes bone apietur apostema. ❡ Et Aui. dixit. Cum apa calidum est in rene: ⁊ non est vacuum a febre: deinde accidit cõmixtio rationis: tũc illud fit causa cõitatis velaminis magnitudini apatis. Et est mortale ⁊ proprie cum accidit significatio mala.s.ex alijs significationibus vt indigestione ⁊ silibus. Qȝ si accidat significatio bona ex signis digõnis ⁊ alijs bonis signis: tunc expectatur ruptura a salute.i.ad salutẽ. Et dixit Auicen. fortasse egreditur in huiusmodi apatibus calidis renuȝ de pinguedine renis.s.in qua ren est inuolutus: q2 dissoluitur a calido. Et fortasse egreditur sicut pilus rubeus in longitudine vnius palmi ⁊ plus qui fit ex adusto sanguine. ❡ Et dixit Aui. q̃n vrina pseuerat alba.s. ⁊ subtilis indicat duritiẽ dii futuram aut conuersionẽ adubellati. Et ad vltimum q̃n vrina in hac egritudine est viscosa alba ⁊ pseuerat ƀm hoc est significatio mala: q2 significat mãs continue fluere ad apa magnificantes ipsum: sed q̃n rubet vrina ⁊ residet in ea sedimen laudabile: tunc obedit apa digestioni.s. ⁊ resolutioni absq̧ conuersione ad aliam rẽ.s.duritiẽ vel collectionẽ. Et quando ptransit apa maturationẽ in primis diebus.i.quando ptranseunt dies plures absq̧ signis digõnis in vrina: sȝ remanet vrina clara tenuis tunc apa est in via faciẽdi collectionem aut in via indurationis. ❡ Dixit Gordo. Signa in hoc apostemate bona sunt cum febris minuitur: ⁊ accidẽtia mitigantur: ⁊ vrina est multa cum bona residẽtia. Cum aũt residẽtia est globosa aut saniosa fetida. Aut cuȝ vrina est alba tenuis ⁊ febris non minuitur: neq̧ accidẽtia alleuiantur est signum mortis. Et q̃n egritudo prolongatur: ⁊ vrina est alba tenuis ⁊ coxe dormitantur est signum incurabilitatis. ❡ Et talia quidẽ apata in corporibus macrefactis pauci caloris sunt valde periculosa: q2 deficit eis calor ⁊ humiditas ad digerẽdum. ❡ Apostemata renuȝ sunt difficilis curationis ⁊ pcipue que senibus accidunt. ❡ Dixit Serap. apata renum sunt vehemẽtia ⁊ sunt velocis indurationis: ⁊ sunt ex eis quibus oino non est curatio: sed firmantur ⁊ prolongantur liq̃faciunt corpus ⁊ extenuat ipsum. Cum ergo peruenit corpus ad hanc habitudinẽ liquefiunt anche ⁊ subtiliantur ⁊ spasmantur ⁊ debilitantur crura.

Et cura per dietam in apate renum calido est vt deuitetur aer calidus. Et in principio eius eligatur aer ad frigiditatẽ declinis ⁊ in processu tẽperatus. Fugiat ira furor ⁊ tristitia: ⁊ afferatur gaudiuȝ ⁊ letitia quiescat patiens pro posse. Dixit enim Aui. ꝙ non est aliquid apatibus ⁊ vlceribus ita congruuȝ vt quies. Prohibeatur ab eo ois fricatio facta super dorso ⁊ regione renuȝ ⁊ facta ẽt in extremitatibus si non fuerit leuis non cõmotiua renum ⁊ dorsi. Et dixit Alexan. Caue balneum nisi post attenuationem ⁊ mitigationẽ. Sed q̃n ad terminationẽ sequitur balneãdus est patiẽs balneis calidis cum tẽperie. Dixit Auicẽ. balnea non conueniunt eis nisi post declinationẽ apostematum calidorum. Dormiant tẽperate: ⁊ accubant accubitu minoris excitationis doloris. Dixit Ruffus. iacet patiẽs super lectũ lenẽ vt non calefiat calefactione vehementi ex febre: qm̃ febris nociua est omnibus apatibus. Cibis ⁊ potibus vtatur leuibus facilis digõnis boni chimi generatiuis ad frigiditatem tendentibus: quorum quantitas valde minuatur. Et procuretur eorum emissio supfluitatum. ❡ Cura vero per potionẽ completur per ea que interius sumũtur ⁊ exterius applicantur. Et in vtrisq̧ rebus fit variatio ƀm diuersa tẽpora ipsius apostematis consilr generali ⁊ regulari curationi aliorum apostematum que tñ initianda est post flõniam ⁊ nature lenitionẽ: quã ẽt breuibus verbis Aui. ponens dixit. Oportet vt administretur in primis.i.in pncipio ex eis que bibuntur ⁊ clysterizantur ⁊ epithimantur ⁊ alijs vt q̃ leniuntur ⁊ emplastrantur: qδ est iuuatiuũ.s.ƀm principiuȝ ⁊ tale in apostemate calido debet esse infrigidatiuũ: repercussiuum: deinde admisceantur ei que sunt abstersiua ⁊ mollificantia ⁊ maturatiua.i.resolutiua mitia: ⁊ hoc in augmẽto ⁊ statu. Et apponatur in mixtione ex eis aliquid.s.plus vel minus ƀm magnitudinẽ apatis: ⁊ eius paruitatẽ de repercussiuis. Deinde.s.in fine status ⁊ declinatione administrentur abstersiua ⁊ mollificantia.i.resolutiua pdicta: quia mitia.s.sine repercussiuis. Opȝ tñ vt administrent ex eis illa in quibus non existit mordicatio. Qȝ si necessaria fuerint fortiora mordicationẽ hñtia pp magnitudinẽ apatis tũc rectius ẽ vt in eis vincat qδ mordicationẽ nõ hȝ ↄponẽdo ea sil. Cũ aũt sciueris ꝙ corpus est mũdũ ⁊ apa est paruũ tunc sufficiet tibi fortasse dare in potu aquã mellis: aut aquã zuccari pluris cõmixtiõis. Nam abstersio amboꝝ ⁊ eorũ icisio ⁊ subtiliatio fortasse resoluet ipm sine mordicatione. sup. ⁊ si non sufficeret tũc adde in eis aliquid resolutionis. ❡ Particulariter tñ procedẽdo in cura apatis renum ƀm tempora eius scias prius ꝙ Alman. Rasis. in diuisionibus Haly. ⁊ plures alij ex auctoribus posuerunt curaȝ tm̃ principij apatis renum: relinquẽtes curam aliorum tẽporum eius notaȝ ex gñali cura apatum. Dixit itaq̧ Almã. loco cataplasmata frigida supponantur. Et Rasis dixit in diuisionibus. da in potu aquã citrulorum ⁊ melonũ indoꝝ. Et.io.ↄtiñ. dixit. dico detur in potu in tpe in quo sentitur exituram fieri in renibus de rebus frigidis ad infrigidandum locum vltra posse. Dixit Haly. locum cum farina ordei altea sandalo albo ⁊ rubeo memithe intube aqua succo solatri ⁊ cucurbite rasura: ⁊ oleo violato cataplasma. Et dabis patiẽti in diei principio de medulla semis citruli ⁊ cucurbite ⁊ melonis ⁊ portul. semine. añ. partibus equalibus tritis diligenter a.ꝫ.ij. vsq̧ ad.iij. cum iuleb ⁊ aqua frigida. Et postea ordei dabis aquã cum syrupo viol. Et in nocte illi syrupuȝ dabis viol. ⁊ psilij spumam cum medulla seminis cucumeris citruli ⁊ mellonis. ❡ Dixit Aui. Res iuuatiue in principio sunt aq̃ ordei cum oleo roƒ. vel aliquo oleo.s.frido ⁊ succus salicis

Cura per potiones in apatibus calid

⁊ succi fridi. Et sume in potu mucillaginē psilij. ⁊ emplastra
⁊ subtiliatiua.i.cum subtiliatiuis.s.frigidis actu vel cum
subtilibus vt penetrēt. ¶ Et de vtilibus est qđ dixit Silib.
fiat lac de seminibus frigidis diureticis ⁊ eo vtatur in cibo
⁊ potu qm̄ mām alterat ⁊ euacuat ⁊ mundificat tam p ven
trem q̄ȝ per vrinales meatus ⁊ optime nutrit. ¶ Repercus/
siuum ab extra vtile. Re. rasure cucurbite succi plantaginis
⁊ portul. añ. partes equales aceti partis vnius quartaȝ san
dalorum albo℞ ⁊ rubeorū. añ. partis vnius tertiam. Et si
caliditas intēsa fuerit addatur de succo solatri pars.i. ⁊ in/
fundantur in eis tepidis petie q̄ expresse renibus applicent̄
Et cum calefacte fuerint iterum infundant̄ ⁊ apponantur.
¶ Post principium vero.i.in augmēto. Dixit Aui. admini
stra clysteria cū altea ⁊ maluis ⁊ semine lini cum aliquo suc
corum frigido℞ ⁊ oleo ros. Et administra empla ex farina
ordei ⁊ sint cū illa viole ⁊ fabe. Et hec cōpetūt in principio
augmēti. In processu vero eius addatur aliquid de flore ca
momille ⁊ altea. sup. ⁊ in statu adhuc iterum addatur aliqd
de resolutiuis leuibus sicut de mucillagine fenugreci ⁊ se/
minis lini. Qȝ si cū dictis auxilijs ꝓcesserit in viā resolutio
nis ⁊ fuerit apa in fine eius.s.in declinatione tunc dixit. A.
dimitte frigida. Et adde.i. appone fenugrecū ⁊ camomillā
⁊ filia: ⁊ sit oleum sisaminuȝ ⁊ oleum de cartamo ⁊ filia. Et
emplastret̄ de foris cum eo qđ est maturatiuū.i. resolutiuū
vehemētioris calefactionis ⁊ hoc in processu declinationis
vt bene resoluat. Et emplastretur cū panno lineo infuso in
oleis.s.resolutiuis calefactis ⁊ alijs in qbus sit virtus aneti
⁊ altee. Et fiāt empla ex farina ordei ⁊ aqua mellis decocta.
⁊ folijs fenugreci ⁊ caulis ⁊ radice lilij. ⁊ aneto ⁊ altea. Al
tea.n. ⁊ camomilla appropriata sunt cū lenitiuis. Qȝ si in ali
quo tēporum huius apostematis dolor fiat vehemēs ꝓster
nens virtutē fortasse erit necessariuȝ vt ponat̄ in medicinis
aliquid de papauere ⁊ corticibus mandragore: qm̄ sunt cō
uenientes ad hoc. ¶ Qȝ si apa resolutioni non obediat: sed
faciens cuptum colligitur in exituram. Quod maxime erit
cum apostema perseuerat ⁊ transit hebdomadam: ⁊ dolor
⁊ aggrauatio ⁊ febris augentur: tūc dixit Sera. oportet vt
adiuues nām toto ingenio sup maturationē exiture ⁊ aper
tione eius cum medicinis q̄ administrantur interius ⁊ exte
rius. Primo itaq̄ȝ demus res que maturant ⁊ aggregant sa
niem. Et post maturationē eius administra res: de proprie/
tate quarū est vt aperiant ⁊ mundificent saniem cum vrina.
¶ Et de maturantibus dixit Alman. pone sup dorsum em
plastrum de camomilla semine lini ⁊ furfure oleo sisamino
ꝯspsis. Et Sera. dixit. pone sup locū lesum lanam inunctaȝ
oleo calido in quo decoctum est anetum ⁊ altea. ¶ Et em/
plastra oportet vt sint ex farina que decocta sit in aqua mel/
lis. Et decoctio ficuū in aque mellis est vtilis. Dixitq̄ȝ Aui.
q̄ de emplastris fortibus in maturando sunt ficus elixate in
aqua mellis: q̄nq̄ȝ enim sufficit decoctio ficuum cum melle.
¶ Emplastrum vtile mitigans dolorē ⁊ maturans apa ca/
lidum renū sic fit. Re. alteam brancā vrsinā maluā violariam
⁊ decoque in aqua: ⁊ decoctas tere: ⁊ misce cū ꝯpalrea ⁊ adi
pibus anatis anseris ⁊ galline ⁊ superpone. ⁊ dixit Sera. si
vis addere in virtutē emplastri.s. cuiuscūq̄ȝ maturatiui per
misce cum eo absinthium radicē lilij celestis ⁊ mezereon. Et
Aui. dixit. si necesse est vt confortetur emplastrum cum me/
zereon ⁊ yreos fiat. ¶ Cumq̄ȝ processerit maturatio ⁊ sciue
ris q̄ necesse est vt collectionē faciat tunc dixit Aui. opȝ vt
adiuuemus cum maturatiuis ꝑdictis ⁊ addas in eis virtutē
.i. subtiliationis ⁊ apertionis appositis in eis que sunt sicut
gluten alborin ⁊ vitice ⁊ absinthium ⁊ yreos ⁊ orobū. Et
q̄nq̄ȝ ponuntur in eis que sunt sicut mezereon ⁊ fimus co/
lumbinus. ¶ Dixit Hal. cū tu videris apa ad saniē cōuerti
emplis vtere maturātibus ⁊ apientibus vt emplastro facto
ex ordei farina altea fenugreco semine lini mellilloto ⁊ vio/
lis sicci: ⁊ cū ficuum siccarum decoctoruȝ aqua impastent̄
⁊ oleo viol. ⁊ hoc emplm est vtile. Et subdit: ⁊ si maturatio
est difficilis addes modicum farine ordei: ⁊ farine molendi
ni: ⁊ modicum fimi columbini. ¶ Et de maturantibus in
terius sumendis dixit Ras. in diuisionibus da ei in potu se
mina maturantia sicut semē altee ⁊ lini. ⁊ hoc in principio.
In processu vero vtere decoctione caricarum. Dixit Iudeus
da in potu oleum vtrarunq̄ȝ amig. ⁊ dormiat super illud.
Et clysterizetur cum eis donec maturetur. Et hoc in princi
pio. In processu vero fiant clysteria maturatiuam virtutem
habentia fortem: sicut ex decoctione altee bran: e vrsine siue
mellilloti radicis yreos ⁊ caricarum cum oleo sisamino ⁊ si/
milibus. Dixit Auicē. opȝ vt vtaris clysteribus ⁊ potibus
eis que maturant cum fortitudine.s. in processu. Et opȝ vt
cum eis sint permixta habentia virtutē apertiuaȝ vt dispo
nant ad rupturam. ¶ In approximatione tm̄ quaruncunq̄ȝ
medicinarum in huius cura dixit Alexan. caute ꝓcedere de
bes in vehemēti calefactione ⁊ infrigidatione siue per actū
siue per virtutē ⁊ potentiā: qm̄ caliditas ⁊ frigiditas nimia
perducit apostema ad duritiem. Et frigiditas ēt multa non
solum est causa retardationis maturationis huius apatis.
Imo ēt caliditas multa. Dixit enim Sera. q̄nq̄ȝ sequitur col
lectionem saniei inflāmatio vehemens que est in locis: ⁊ ab
scinditur per illud aduentus saniei ⁊ cursus eius: qm̄ calidi
tas inspissat saniē ⁊ indurat in modum lapidis. quare pro/
hibet ipsum currere: ⁊ tunc opȝ q̄ administremus clystere
qđ infrigidat ⁊ sedat inflāmationē sicut aqua ordei subtilis
⁊ lactis ⁊ sessionē in aqua calida Auicē. aūt dixit. q̄nq̄ȝ est
causa retardationis maturationis malitia complexionis ca
lide inflamate. Et cum equatur complexio maturatur. Et il
lud fit cum eis que sunt sicut genera lactis ebibita ⁊ clysteri
zata. Et redire ad maturandum super res frigidas natura:
calidas vero per accidens sicut cuȝ aqua calida in qua sit ca
catisma. ¶ Cum aūt completur maturatio integre: tunc opȝ
vt administres diuretica que bibantur: ⁊ ex quibus fiat cly
stere vt iuuet̄ p ea apertio apostematis. Et emplm appona
tur ex camepitheos ⁊ polio ⁊ prassio petrosilio squinantō
⁊ spica. Et Sera. dixit. dentur in potu que prouocent vrinā
sicut semen agni casti ⁊ acorus. ista.n. duo adiuuant ad eru
ptionem ⁊ euacuationē saniei cum vrina. Et dixit. post ma
turationem ad rumpendum ⁊ aperiendum apostema opor
tet vt misceantur cum emplastris alsescera ⁊ polium ⁊ came
pitheos ⁊ camedreos ⁊ squinantum. Et sint ex farinis qua
tuor partes ⁊ ex medicinis dictis pars vna. Et decoquatur
cum vino dulci farina aut cum aqua mellis. Dixit Aui. q̄n
facit accidere grauitatē sumere in potu diuretica non cures
inde: qm̄ potare ⁊ continuare ea remouet illam grauitateȝ.
¶ Et si cum predictis vel similibus non rumpitur opȝ tunc
dixit Sera. vt administremus clystere acutum: ⁊ non tarde/
mus in administratione vaporationum ⁊ emplastrorum di
ctorum postq̄ȝ addimus in virtute eorum: ⁊ assiduatiōe ad/
ministrationis eorum. Et Aui. dixit. si non rumpitur admi
nistra rupturam facientia ⁊ clysteria acuta vsq̄ȝ quo perue/
nias ad illud: in quo ponitur elleborus ⁊ siccidis ⁊ alia. Et
exterius appone vaporationes ⁊ emplastra rumpentia ⁊ ad
de diuretica fortia sicut est acorus ⁊ semen agnicasti: vtrisq̄ȝ
enim est proprietas in hoc ⁊ prouocant cum virtute labo/
riosa.i.forti. Dixit Ras. in diuisionibus. Cuȝ sedatur dolor
totus ⁊ remanet grauitas. sup. ⁊ non aperitur per aperien/
tia administrata tūc ꝑcipe vt psallat ⁊ descēdat a gradibus
cum velocitate ⁊ cōmoneat alkatin suum. Et percute ipsuȝ
si non minxerit saniem. Si vero minxerit eā eris excusatus
ab hoc. ¶ Dixit Sera. sanies egrediens necessarius est co/
gnoscenda. Nam apa saluū cognoscitur ex albedine saniei
q̄ eiciatur ex eo ⁊ mūdificatione eius ⁊ equalitate grossitudi
nis eius. Et q̄ non est fetidi odoris. Et q̄ dolor ⁊ febris tūc
quiescit quiete cōpleta. Et vt sit apertio eius ad vesicā. Nam
tunc est facilior ⁊ velocior ad mundificandū: ⁊ vt infirmus

toleret

In augmento statu et declinatione.

De maturantibus apostema

De e[...] tibus apa maturum

toleret eum. Si vero erupit sanies ad intestina tūc hoc est de terius primo: ⁊ difficilius sup infirmū ut hoc toleret: ⁊ ad ctionem saniei. Veruntamē est facilior illa que aperitur ad loca vacua vētris ⁊ minoris malitie: ⁊ facilior in curatione saniei. Et deterius hoc toto est vt remaneat sanies in renib⁹ ⁊ non educatur. Et erit tūc necessarius medicus prudens aut cū cauterio aut cum incisione. ℭ Dixit Judeus. cū ruptum fuerit apā velociter procede cum medicinis prouocantibus vrinā ad mundificandū eū cito. Unde dixit Ras. io. cōtinē. procede post rupturā cum mundificantibus saniem velociter ⁊ laue vlcus cū seminibus ⁊ aqua mellis. Et si fuerit febris cū seminibus cucumeris ⁊ syrupo viol. Et q: vtplurimum sanies inflāmat loca. Ideo dixit Almā. semina dicta in capi° de ardore vrine sunt danda: donec pus minuaṫ. ℭ Et mundificato vlcere dixit Gal. 6° de interioribus ⁊ scribitur sic. io. ɔtiñ. expedit φ toto studio pcedas sup velocitatē cō solidationis eius: qm̄ si diuturna fit difficilis fiet consolidatio eius vehementer. Dixit Ras. mundificato vlcere pcede velociter ad consolidandū ipm ne difficile fiat. Et proprie noli tardare in mundificatione renū de putredine velociter: q: timetur inde ne corrodatur in totum. pptea dixit ipse. 15° ɔtiñ. cum abdala patiēs apā renū vrinauit vrinā saniosam: curaui ipsum cū rebus mundificantibus ⁊ prouocantibus vrinā. Et facta vrina clara ⁊ mundificata a sanie exhibui ei in potu luti sigillatū tbus ⁊ sanguinem draco. ⁊ liberatus fuit velociter. ℭ Dixit Sera. cum disrumpiṫ apā tunc administramus medicinas de proprietate quarū est vt mundificent saniem cum vrina: sicut aquā decoctionis feniculi ⁊ apij. Et hoc valet si nō est inflāmatio sinūat detur decoctio seminū cōium frigidorum ⁊ alchechēgi. Et si euacuatur sanies tota subdit Sera. opꝫ vt simus solliciti de esse vlceris donec sigilletur sigillatione forti velociter. Nam si cadit tarditas fit egritudo cui non est curatio.

Cura autem frigidi apostematis perficitur cum digōne ⁊ euacuatione humoris peccantis viscosi vel grossi. Et diuersione eius ad oppositum. Et administrentur dixit Aui. clysteria. s. mundificantia ventrē a fecibus: ⁊ educētia humorem frigidum peccantem. Et post euacuationem oportet in flātico curationem facere cum emplastris calefacientibus: ⁊ cum diureticis mundificatiuis. s. sumptis interius. Et oportet vt ponatur fiducia plurima in lauro ⁊ folijs eius ⁊ oleo ipsius ⁊ in ruta ⁊ in huiusmodi. Dixit Giliber. fiat inunctio cum arogon ⁊ dyaltea. Et emplastrū fiat de marathro cimino aniso siltre dactilis ⁊ caricis omnibus tritis: ⁊ cum succo apij ⁊ modico oleo ⁊ medulla vituli ⁊ butiro ⁊ anseris assungia confectis.

De flobotomia in cura apa tum durorum renū

Cura vero durorum apatum renum dixit Ras. in diuisionibus est difficilis. Curatur tñ sm dispōnem cū assiduatione emplastrorum resoluentium. s. temperate ⁊ lenientium. Et sumat semina lenientia. sup. ⁊ resoluentia. Ait enī Sera. oportet vt curemus huiusmodi cū rebus que leniunt duritiem ⁊ resoluunt paulatim: cum eis. s. que administrantur ab intus ⁊ ab extra. In cura tñ hac dixit Aui. considera radices. i. cañ. ⁊ regulas que sunt dicte in curatione duritiei epatis: ⁊ in medicinis dictis in illis: qm̄ ille eedem sunt curationis duritiei renum vie. Si quoqꝫ fuerit necessariū flōmare propter multitudinē sanguinis melici flōma. Et ɔfert potare qñqꝫ in quibus est lenificatio ⁊ resolutio sicut semē marubij lini ⁊ altee fenugreci ⁊ cartami: de quibus fiāt pulueres qui sicci manibus in os proijciantur. sup. transglutiātur. Et sic innuit φ debent recipi sine liquore aliquo. Et misceantur cum eis diuretica sm necessitatē: q: damus dixit Sera. ex medicinis que bibuntur illas que prouocant vrinam paulatim ⁊ facile cum quiete. Et Almā. dixit si vrina retinetur in vrinam prouocantia addantur. Et hoc non solum in sumendis per interius: sed ēt in approximandis exterius. ℭ Dixit Haly. patienti cassiei. decoctionem dabis. Et offeres seminis citruli cucurbite cucumeris malue altee ⁊ lini decoctionē dabis aut in puluere. ʒ. iij. cū syrupo aut iulep viol. Et paice illum ericij iure in espidebago cuꝫ oleo amig. ℭ Dixit Aui. quandoqꝫ est necessarium vt dissoluantur bdelium ⁊ armoniacum in decoctione diureticorum ⁊ similiter camomilla ⁊ tribuli ⁊ mellilotum ⁊ polipodiū ⁊ detur ex eis in potu. Et est necessarium dixit Sera. vt administretur clystere lenitiuum. Ideo dixit Almā. eger clysterizandus est ex mucillagine fenugreci ⁊ seminis lini cum apozimate camomille: ⁊ caulium mellilоti maluauisci ⁊ furfuris ⁊ vtatur eo frequēter. ℭ Et dixit Aui. conferunt eis inūctiones ⁊ vaporationes cum oleo costino nardino sambacino camomellino anetino laurino ⁊ filibus. Et de emplis est qd̄ fit ex camomilla melliloto ⁊ semine lini. Et qñqꝫ necessaria sunt ea que sunt sicut bdellium ⁊ armoniacū ⁊ serapinum ⁊ adeps vrsi ⁊ leonis ⁊ medulla vaccina ⁊ ceruina ⁊ alia silia: sunt. n. hmōi mollificatiua ⁊ resolutiua valde ɔferētia. Et Haly. dixit. fortius diuꝫ est vnguētū dyaglon si renibus apponaṫ mirabilr. n. operaṫ in dissoluēda renū duritie. Oportet tñ dixit Haly. gūmas cauere calidas si in renibus calor affuerit. Et curā adhibere cū cautela ⁊ diligentia. ℭ Emplm̄ vtile contra oēm duritiē intrinsecaꝫ maxime renū. ℞. farine fabarum ⁊ cicerum passularum florū camomille ⁊ melliloti. añ. partes equales. tere ⁊ cum adipe caprino ⁊ oleo camomille emplastrum fac.

De intentione ad accidentia dixit Auicē. si illic fuerit retentio aliqua nature. i. si venter fuerit stipticus tunc illud qd̄ rectius est: est extractio fecis cum colirio aut clysteri non magno qd̄ coartando renes sua quantitate dolorēꝫ faciat. Sed pro quare magis diligo dixit Aui. vt collirium in lenificatione nature fit bonitatis plurime ⁊ sedet dolorē. Et non est via dixit ipse ad administrandum solutiuum. s. exoluēs: ⁊ qud non sit lenitiuū purum: qm̄ dolorem facit. Et nocet per id qd̄ descendere facit desuper. i. intestina: vel ēt ad vias vrine. Clystere aūt cum ponuntur in eo adipes ⁊ vnctuosa: ⁊ confortatur eius mollificatio: ⁊ confortatur eius prouocatio: facit cum solutione lenificationē ⁊ sedat dolorem. Et dixit Aui. qñqꝫ est clystere extrahens fecē sedans dolorē per hoc φ facit descendere illud qd̄ cōprimebat apostema propterea φ lenit. Et si non facit ipsum. s. φ sedet dolorem tunc necesse est vt alleuietur dolor cum flobotomia: scilicet ⁊ ventosis positis cum facilitate inter catin ⁊ dorsum: deinde fiat scalpellatio ⁊ facta scalpellatione vaporetur locus cum lana infusa in oleo calido in quo decocta sunt altea abrotanum ⁊ camomilla. Et emplastretur cum eis que sunt sicut semen lini ⁊ similia. Et dicunt quidam. videtur φ Auicen. innuat φ scalpellatio ventosarum fiat vt faciat penetrare euaporationem. Et fortasse dixit ipse necessarium erit tibi ad sedandum dolorem vt in potu tribuas semina diuretica frigida cum paucis calidis ⁊ subtilium ⁊ aliquo narcoticorum. Filonium tamen est melius medicamen in hoc loco. Et dixit Aui. φ embroce facte ex camomilla melliloto altea ⁊ furfure sunt iuuatiue valde ad sedandum dolorem.

Correctio accidētiū

ℭ De vlceribus renum. Cap. x.



Vlcera instrumentorum vrine dixit Serapio. fiunt aut in renibus: aut in vesica: aut in vijs intermedijs. s. poris vritidibus. Et sunt solutio continuitatis eorum cum deperditione substantie ipsorum. Ulcus tamen quod fit in renibus: aut est in corpore renū: aut in concauitate ipsorum.

Et cause dixit Aui. sunt eedem cause que sunt aliorum vlcerum que sunt cause separationis cōtinuitatis mēbrorum. Et sunt aut intrinsece: aut extrinsece. ℭ Et de intrinsecis sunt dixit A. apertio. s. venarū in orificijs earum: vel in corpulentia earum que apertio qñqꝫ fit a fitura

vene ⁊ eruptione eius ⁊ ipsius incisione ꝓpter causas notas .s. in precedentibus ⁊ 2ª. primi. Et quãq; fiunt vlcera ꝓꝑ dubellati .i. apostemata saniata que rumpunt: aut ꝓpter lapidez qui egreditur ⁊ in suo egressu excoriat. Et quãq; fiunt ꝓpter humores colericos acutos mordicantes ⁊ excoriãtes ⁊ corrodentes. Et quandoq; ꝓpter humorẽ viscosum excoriantem in eradicatione sua ab adherẽtia sua cum labore .sup. Et quandoq; fiunt propter saniẽ corrosiuam aduenientem eis ex apertione apostematum mẽbrorum superiorum sicut pleure ⁊ epatis. Uerum in meatibus vrine dixit Aui. plurimum accidunt vlcera propter gñationez mãe colerice excoriantis in transitu suo per eos: aut propter lapidẽ facientez accidere excoriationẽ in trãsitu suo ꝑ illos. ¶ Causa aũt extrinseca est sicut perforatio incisio ⁊ percussio casus ⁊ silia quando adueniunt renibus ⁊ alijs instrumentis vrine. Et sunt ex causis extrinsecis primitiuis quedam que sunt cause causarum intrinsecarum sicut aer intẽse caliditatis faciẽs colere multiplicationẽ ⁊ acuitatẽ. Aut intense frigiditatis multiplicans flã viscosum multe adherentie. Et sunt sicut exercitium supfluum. Et ambulatio. Et equitatio insuauis maxime sup cibo. Et ẽt otium multum. Et ira ⁊ furor excitans coleram. Aut tristitia ⁊ pusillanimitas multiplicans flegma viscosum. Et vigiliarũ multiplicatio: ⁊ somnus supfluus. Et accubitus super renes calefaciẽs renes ⁊ attrahẽs supfluitates ad ipsos. Et cibi acuti ⁊ salsi ⁊ qui multiplicãt colerã: aut acetosi frigidi crudi multiplicantes flã viscosuz. Et medicine silr calide acute amare: ⁊ vsus multus diureticorum calidorum. ⁊ negligentia expurgationis supfluitatũ. Et coitus plurimus. ¶ Ulcus tamẽ quod euenit in corpore renum rarissime accidit nisi a causa extrinseca. aliquando tñ ab intrinseca .s. apostemate eueniẽte in eo qd̄ suppurat ⁊ erumpitur: ⁊ qd̄ accidit in concauitate renum raro accidit a causa extrinseca: sed vtplurimum ab intrinseca .s. ab humore acuto mordicatiuo ad eos veniente qui est aut de genere sanguinis acuti aut colere aut flãtis salsi aut a lapide vel dubellati aut pustulis que rumpuntur. ¶ Dixit Auer. 3° colliget maior pars accidẽtium renum ⁊ vesice terminantur vltimo ad vlcerationẽ: ⁊ in principio sui aduentus .s. vlcerationis nominatur scabies. ¶ Et vlcerum renum ⁊ ẽt aliorũ instrumentorum vrine aliud est simplex eueniens a causa primitiua incidẽte absq; carnis vel substantie ipsorum deperditione: qd̄ proprie dr̄ vulnus siue plaga in eis: ⁊ aliud est compositum cum deperditione subẽ siue a causa prouenerit intrinseca siue extrinseca maxime cum ad saniei gñationẽ peruenerit: ⁊ vlcera composita eorum quãq; sunt corrosiua dixit Auic. ⁊ quãq; non sunt corrosiua: ⁊ sunt ex eis que sunt salua: ⁊ que non sunt salua ex eis recentia ⁊ antiqua: ⁊ multotiens: q2 aliqñ ⁊ raro fiunt dixit. A. ex vlceribus renuz .s. antiquis fistule que nullo modo sanantur: lz sint ex ipsis fistulis quedam que cessent a cursu suo .s. q2 non fluit ab eis pus neq; virus .s. ad tẽpus: ⁊ hoc erit cum mundificatione corporis .sup. ⁊ alio bono regimie ⁊ currit ex eis pus vel virus cuz est repletio in corpore. ⁊ vsus mali regiminis: ⁊ subdit. A. ꝙ ex fistulis renũ q̄ sunt bone materiei non prouenit magnus timor: nec timetur ex eis nisi dilatatio ⁊ corrosio .s. valde paulatine proueniens. Illa vero que est de materia mala .s. putrida ⁊ corrodente facit accidere dilatationẽ idest totalẽ disruptionem ⁊ perducit ad perditionem. Ille enim cuius ren disrumpitur moritur.

Signa giiis. Dixit Ypo. 4° affo. si sanguinem aut pus minxerunt .s. pluribus vicibus: ⁊ pluribus diebus renum aut vesice vlcerationẽ significat. Et Sera. dixit. sequuntur dicta vlcera ex accidẽtibus cõibus vt currat cuz vrina sanguis aut saniec .sup. aut vtrunq; sil' vel separatim. Et cã est dixit Gal. in cõmẽto dicti affo. q2 talis vrina significat mãm sanguineã aut saniosam aut mixtã ab illis mẽbris educi vlceratis. Dixit Aui. mictus sanguinis aut saniei cuz est ex eruptione dubellati .s. supra instrumẽta vrine: aut ex fixura vene .s. supra ipsa instrumẽta possibile est vt sit assiduꝰ duobus diebus aut tribus. Si aũt illud est plus q̃3 per tres dies: tunc fit ꝓpter apertionẽ .s. vene: aut ꝓꝑ vlcus in renibꝰ aut vesica. Nã cũ ꝓlixatur: ⁊ est alteratio coloris sanguinis ⁊ pmixtio virus tunc nõ est nisi vlcus in renibus aut vesica nã rupto apate di. torum mẽbrorum: non existẽte aliter vlceratione in eis mingitur saniec vel sanguis vel mixtuz ex eis vno die: vel duobus aut paucis quousq; sit apatis euacuata materia .s. sed vlceratis eis talis mictus durat multis diebus etcũ non nisi in longo tp̄e possint vlcera dictorum membrorum consolidari. Ex dictis pz ꝙ ꝑdictus affo. verificat̄ sm plurimum: q2 vt dictuz est possibile est sanguinẽ ⁊ saniẽ mingi venientẽ a mẽbris que sunt supra mẽbra mingendi: ⁊ discernitur hic fluxus a fluxu instrumẽtorum vrine ꝑ multam pmixtionẽ eius cũ vrina. Et si mingitur sanguis aut saniec impmixta vrine vel parum pmixta: tunc ab instrumentis vrine prouenit. ¶ Dixit Sera. possibile est vt sit euacuatio sanguinis ⁊ saniei in vrina propter eruptionẽ in quibusdam mẽbris supioribus: ⁊ cognoscitur ex exitu ipsorũ permixtorum cum vrina pmixtione forti. sanguis aut ⁊ saniec que fluunt absq; vrina significãt ꝙ vlcus est propinquum canali virge: aut in ipsa virga. Dicunt sanguis multus cum vrina subito emissus cum dolore in partibus renum rupturam vene emulgẽtis illius renis in quo sentitur dolor significat. Et sanguis exiens ex aptione orificiorum venaruz vel ex ipsorum pororum rarefactione est minor ⁊ subtilior eo q erit ex ruptura. Et dixit Serap. si accidat subito cursus sanguinis multus absq; manifesta causa eruptionẽ venarum significat: ⁊ cum sanguinis fluxu proueniente ab aptione orificiorum venarum vel pororum earum rarefactione non est dolor: sed est cum eo assiduatio mictus sanguinis paulatim ⁊ iste fluxus dixit Aui. debilitat virtutẽ: qm̄ q̃uis illud qd̄ de eo prouenit omni hora sit parũ: tñ frequẽtia mictus eius perducit ad hoc vt euacuetur sũma sanguinis plurima. Unde dixit Gal. 5° de ingenio sanitatis. ⁊ scribitur. 10° cõtiñ. sic si emittitur sanguis cum fluxu violẽto ⁊ vehemẽti. lz fluxꝰ sanguinis de his nõ fuerit fallax: fallax tñ erit ex durabilitate ⁊ firmitate ipsius. Et añcedunt vlcera renum cause vlcerantes extrinsece: vel intrinsece ꝑdicte. Dixit Auer. quarto colliget significant ea dolor vlceratiuus siue grauitate ⁊ extensione cum exitu sanguinis aut saniei.

Signa autem specierum ⁊ quibus fit discretio membrorum a quibus procedit dixit Sera. sumuntur ex quatuor .s. a situ operatione ⁊ speciebus solutionis: ⁊ virtute. Similiter ⁊ Aui. posuit quatuor a quibus sumuntur differentie dictorum vlcerum. Quidam tñ reducunt ea ad duo .s. ad dolorẽ ⁊ exeuntia in vrina. De signis mẽbri vlcerati.

¶ De differentia sumpta a situ. Dixit Serap. quoniam si vlcus fuerit in renibus erit sensus doloris posterius: ⁊ in anchis ⁊ in alcatin. Et si vlcus est in vesica versus duo emunctoria: tunc dolor sentitur anterius versus pectinem. Et si vlcus est in vijs vrine .s. poris vritidibus tũc dolor erit in medio doloris renum ⁊ doloris vesice. Et Auicen. dixit ex vlcere renum dolor erit in loco eorum. Et ex vlcere vesice est in loco eius. Et in vlcere meatum est in medio .s. inter renes ⁊ caudam. Et est in meatu nerui post collectionem: scilicet vrina in vesica. Et per hunc neruum intellexit aut neruũ vadentem ad virgã aut collũ vesice. In his .n. locis sentitur dolor post collectionem vrine in vesica. De signis sũptis a situ.

¶ De differentia autem sumpta ab operatione dixit Sera. si dolorem sequitur difficultas vrine: aut eius distillatio tunc vlcus est in vesica: aut in vijs vrine. Et si descensus vrine est cum equalitate absq; lesione: ⁊ sine difficultate tunc vlcus est in renibus. Et Auicen. dixit vlcera renum sunt cum facilitate vrine .s. in exitu eius: ⁊ actu mingendi: sed vlcera vesice sunt cum difficultate eius. De signis sũptis ab operatione

¶ De

De signis sumptis ab eo quod eijcitur in vrina.

¶ De signis vero sumpta ab eo qd eijcitur in vrina dixit Ipo. 4°. afo. si sanguinē ⁊ pus mingūt ⁊ squāmas vesice vlcerationē significat. Has squāmas Aui. vocauit cortices: ⁊ siłr Sera. ⁊ dixit si vlcus est in vesica egrediuntur cū vrina cortices qui sunt siles panniculis. Et Auicē. dixit ꝙ hi cortices sunt albi ⁊ sunt magni ⁊ grossi: ꝗm oriuntur a mēbro exangui ⁊ neruoso. Isti. n. cortices hñt partes latas subtiles ⁊ albas: vnde sunt siles squāmis pisciū paruorū in latitudine subtilitate ⁊ albedine: ⁊ sunt latiores furfuribus: sunt enim dixit Gal. in cōmēto dicti afo. effectus vlcerationis vesice. Cum aūt Aui. dixit. ꝙ sunt grossi non intellexit absolute: sed in cōparatione ad cortices egrediētes ex vlceratione pororum vritidum qui sunt albi parui ⁊ magis subtiles. Sanies quoqꝫ exiēs a vesica est fetida non autē exiēs a poris vel renibus. Et sanies exiens a renibus est maioris ꝗtitat: qꝛ callidi sunt ⁊ humidi: ꝗ tamē exit a vesica est maioris ꝗtitatis ꝗ̄ que exit a poris vritidibus. Et que exit a renibus ē minus alba. imo rubore ꝑticipat: sed que venit a vesica vel poris est alba vel liuida. Dixit Alexan. sanies que est de vesica albior est aquea: sꝫ in ea ꝗ̄ est a renibus est rubedo. ¶ Dixit Ras. io. cōtiñ. si vrina mixta fuerit cū putredine vehementi ita ꝙ in toto vrina fiat ac si eēt percussa. i. concussa cū ea: tūc procedit de superiori parte. s. supra renes. Et minus admixta de loco inferiori procedit. Et si egredit̄ añ vrinā aut absqꝫ vrina de vesica procedit: ⁊ admixtio mediocris significat ꝙ est ex renibus. Et egrediēs de renibus significatur ꝑ carnositatē habentē subam. Et egrediens de vesica ꝑ furfureas partes. ¶ Dixit Aui. mictus sanguinis ⁊ sanici est cū venit a vesica minoris ꝗtitatis: ⁊ minoris ꝑmixtionis cum vrina: sed veniēs a renibus plus vrine ꝑmiscetur: qꝛ venit a loco remotiori: ⁊ trāsit ꝑ vias strictiores. ¶ Dixit Ipo. 4°. afo. Quibus i vria pingui exñte frusta carnea exeūt vt pilis his egrediuntur ex renibus. Quibus vero in vrina pingui existēte furfurea minguntur his vesica scabit. Dixit Gal. in cōmēto in frusta grossa micta in vrina significāt vlcerationem renū. Et ista frusta sunt carnea declinantia ad colorem rubeū: qꝛ talia sunt de suba renū. Dñt tñ quidam ꝙ assimilantur substantie carnose renū in colore ⁊ substantia cū aliquali soliditate: non tñ sunt vere carnea: sed quasi vt Ipo. dixit. Et hoc aut: qꝛ caro renū nō est vera caro: sed est caro confusa: aut qꝛ ista frusta ꝑ arcta loca transeuntia recipiunt aliquā alterationē ꝓp quā non vere habēt formam carnis: sed magis coagulati sanguinis ꝓp quā assimilationē dñt oꝫ ꝙ vrina in qua ꝑ̄dicta frusta apparēt colet̄ vt cadant sup petia: ⁊ sic discernatur si sint carnea aut sanguis coagulatus: si enim sint carnea significant vlcerationē renū cū non possint aliter decidi ꝗ̄ ab eis. Et Ipo. quidē ꝑ vrinam pinguē intellexit vrinam mediocris sube quā respectu tenuis appellauit grossam. Unde dixit Serap. si vlcera fuerint in renibus egrediuntur lamine in vrina: ⁊ fila carnosa: ⁊ vrina est equalis in grossitudine. Et A. dixit. egrediunt̄ in vrina sanies ⁊ partes capillares ⁊ frusta. Et dixit. cortices egrediētes in vlceribus renū in vrina sunt rubei: qꝛ decidunt̄ a mēbro carnoso rubeo. Dixit Gal. p̄o de interioribus. si partes siles squāmis emittunt̄ cū vrina designāt vlcera in vesica: sꝫ partes siles partibus carnis designāt vlcera in renibus.

Signa vlcerationis sumpta a virtute.

¶ De signis aūt sumpta a virtute dixit Sera. Nam vesica sentit rē sensu forti ⁊ renes sensu debiliore parū: ⁊ vie vrine sensu medio. Et ꝓpea sunt dolores qui fiunt in vesica acuti vehemētes tensi. Et illi qui fiunt in renibus sunt ſm formam ab hac diuersam: qꝛ quasi sentiunt dolorē cum grauitate. Et illi q fiunt in vijs vrine sunt siles doloribus vesice. Qui aūt accidūt ex renibus sunt leuiores ⁊ minus tensi. Dñt ꝙ in vlceribus vesice ⁊ pororum cum dolore incēsiuo erit ardor ꝓprie apud aduētum vrine ad locum doloris vel ēt in eius exitu. Dixit Aui. q̄nqꝫ associatur dolor in vlceribus vesice cui est cōmotio oi hora sicut parturientis.

Signa vlceris corrosiui.

¶ Signa aūt vlceris corrosiui sunt dixit Gal. 6° de interioribus: si egredit̄ sanguis postꝗ̄ egressa fuit putredo significat ꝙ vlceratio est corrosiua. Et dixit granositē carnes cum vrina exeuntes que sunt de suba renum ex rasura ꝓcedunt. Unde dixit Auer. 4° colliget aliq̄ñ egrediuntur cum vrina frusta frustis carnium silia. Et hoc accidit q̄ñ in suba renū corrosio fit. Dixit Serap. sanguis qui egreditur in vrina si mingitur successiue egritudini. i. vlcerose que ꝑ̄cessit significat ꝙ in mēbris vrine est aliquid ex esthiomeno sumens hic esthiomenum pro vlcere corrosiuo. Et Aui. dixit q̄ñ mingūt patiētes vlcera renum ⁊ vesice sanguinē post mictum sanieī tunc significatur corrosio. ¶ Et scias ꝙ vlcera renum non sequitur febris sicut sequitur aꝑata eorum: qꝛ mā putrida in vlceribus est hñ euētabilis non conculcata neqꝫ stricta sicut in aꝑatibus. Corpus tñ in vlcere renū extenuatur ⁊ marcescit sicut in vlcere pulmonis. ¶ Dixit Ser. si vlcus est malum nā scitur ex fece ꝗ̄ egreditur ⁊ viriditate eius ⁊ fetore. Et ex longitudine infirmi: ⁊ paucitate tolerantie eius ⁊ paucitate iuuamēti eius cum medicinis: ⁊ vehementia doloris apud euacuationē. ¶ Et Aui. dixit significatur difficultas vlcerum in renibus ⁊ malignitas eorum ꝓp paucitatē receptionis rectificationis ⁊ longitudinē tpis eorum ⁊ multitudinem fecis. i. virulētie. seu mãe feculēte egrediētis in vrina. Et ꝑ dolorē malū viridē in eo qd mingit̄: ⁊ ꝑ vehemētiam fetoris. ¶ Dixit Gor. vlcera renum diuturna in eternū nō sanantur: qꝛ fistulosa sunt. Opꝫ tñ dixit Ser. vt sciamus ꝙ vlcera vesice sunt difficilis curationis ꝓp illud qd currit cū supfluitate acuta salsa sup ea. Sed illa que sunt in renibus sunt facilis curationis. s. cōparata ad vlcera vesice: qꝛ de substantia renū est vt fiat sanatio vlceris qd fit in eis velociter: qꝛ est carnosa. Et illa ꝗ̄ fiunt in vesica sunt difficilioris curationis ēt ꝗ̄ ista: ꝗm suba vesice est neruosa: ⁊ vlcus in membris neruosis est difficilis sanationis valde: ꝗm difficulter generatur caro in eis ⁊ ꝓpea vlcus in eis est difficilis cōsolidationis. Et Aui. dixit. vlcera renū minoris sunt malitie ꝗ̄ vlcera vesice: ⁊ ꝗ̄ vlcera meatuū vrine existētiū inter vtrūqꝫ. s. renes ⁊ vesicā. Et ꝗ̄ dispō vlcerum meatuū inter duo emunctoria. i. venarum emulgentium. Et cā in hoc est ꝙ vlcera membri neruosi sicut est vesica difficilioris sunt sanationis ꝗ̄ vlcera mēbri carnosi sicut est ren. ¶ 9° dynamidiorū scribitur his q renū vlcerationē hñt si vrina spissa apparet hñs velut carnes supnatātes nimiū dolorē vēturū significat. ¶ Dixit Uiati. opꝫ medicari. s. festināter vlcera renū: qꝛ si inueterauerint nō amplius poterūt curari. Renes. n. tenere sunt subtiles ⁊ rare in qbus si sanies intriscatur medicinā nō recipit.

Curatur

aūt dieta ⁊ potione. ¶ Dieta aūt si vt locet̄ patiēs in aere tēperato aut declinante ad leuē friditatē i loco sicco fugiēdo aerē hūidū grossū pluuiosū ⁊ nebulosū. Deuitet̄ ira ⁊ furor ⁊ tristitia: sꝫ afferat̄ ei gaudiū ⁊ letitia. Dixit. A. cañ. curatiōis vlcerū ē q̄es: ꝗre oꝫ vt qeti adhereāt ⁊ si laborēt ꝗ̄tū poss̄e ē. imo oꝫ vt sint cōtēti ꝯ exercitio ⁊ fricatiōe extremitatū ⁊ cōione ꝗ̄ facit exercitiū ipꝫ extremitatū euaporatiōe sicca ita vt n̄ cōcedas eis icessionē ⁊ alia silia vt equationē ⁊ vehitionē in naui: vł curru. Et sufficiat: ꝗm ipa ē iuuatiua ⁊ attractiua sanguis ad corpus; deiñ cū sanāt̄ gradatim exercitio vtant̄ leui vsqꝫ quo redeāt ad cōsuetudinē in motu suo. Et Ser. dixit oꝫ vt sibi caueant ꝗ̄tū poss̄e ē ab oibus motibus: ꝗm nō ē nociuū magis i rebus oibus vlceribus quorum necessaria ē cōsolidatio ꝗ̄ motus: quapropter oꝫ ꝙ adhereāt trāqllitati ⁊ qeti: qꝛ sanāt̄ ex ea. Quidā hic accipiūt ꝙ motus nō ē adeo nociuus i cura vlcerū q̄ñ egēt mūdificatiōe sicut ē q̄ñ egēt cōsolidatiōe. Et expedit vt adhereāt sōno plus ꝗ̄ vigilijs. Et si accubitus eorū nō sup renibus: sꝫ sup altero laterū aut sedeat si ꝑt absqꝫ labore: ⁊ dolore renū. ¶ De cibis aūt ⁊ potibus dixit A. oꝫ oē acetosū fortis acetositatis ⁊ oē acutū amarū vel salsum ⁊ oē qd est vehemētis dulcedinis vitare. Forte. n. acetosum acutū ⁊ salsū pungūt

⁊ excitant vlcera. Et res multe dulcedinis conuertunt̃ in cõlerã q̃ ꝑueniens ad vlcera mordicat ⁊ dilatat ea. Et in sũme oĩa ciberia humida pinguia ⁊ vnctuosa nisi in fine cum caliditate acuta vitare opꝫ. Sed opꝫ dixit Aui. vt cibus eorum sit boni chimi ex carnibus auium ⁊ piscibus petrosis: ⁊ oleribus boni chimi frigidis sicut sunt attriplices ⁊ blitis ⁊ siles. Et dixit sicut vitelli ouorũ sorbiliũꝫ: ⁊ gradatim perueniatur ad gallinã pinguẽ ⁊ ad tri. Dixit Sera. cũ non tolerat patiens prohibitionẽ a comestione tunc ciba ipsum carnibus auiũ montanarũ que nõ sint pingues ⁊ sint aut ãxe aut assate: qm̃ p hoc artificiũ fiunt paucarũ supfluitatũ ⁊ remotiora a receptione supfluitatis. alias. putredinis. Et Aui. dixit. assatis eẽ vtendũ ouum vlcera ꝑmanent mala: qꝛ multũ sordida. Tpe tñ mũdificationis vlceris dixit Serap. ꝯfert sorbitio facta ex farina alkesar q̃ nõ est absterſa. i. ex farina tota nõ cicotrinizata. Et cõfert iuuamẽto nõ pauco sorbitio facta ex ordeo ⁊ amilo ⁊ farina adamarche decocta cũ lacte. Et tri decoctũ cũ adipe galline. ℭ Et dixit. ꝙ in vlcere malo. s. corrosiuo opꝫ vt demus cibos qui sunt tẽperati extinguẽtes sicut aqua ordei ⁊ olera tẽperata sicut malua ⁊ attriplex ⁊ portulaca ⁊ cucurbita ⁊ cucumeres ⁊ bathece matura ⁊ latuca decocta ⁊ que sunt his siĩa. ℭ Et dixit Serap. qñ extẽditur tps ⁊ quiescit febris: ⁊ incarnatur vlcus tunc sumat carnes edi ⁊ galline. Et dixit si desiderant aliqd de fructibus siccis vel humidis sumant ex eis amig. d. torrefactas cuꝫ melle. s. cãne ⁊ zuccaro ⁊ grana pini ⁊ passulas passule. n. dulces cũ nucleis suis plurimũ masticate sumant̃ cũ melle vel zuccaro. Et sumant fisticos ⁊ auellanas ⁊ alkales. Et iuuant dixit Serap. ex fructibus recentibus mala ⁊ pira ⁊ zarur: ⁊ citonia mellones ⁊ citruli maturi. Addidit aũt Aui. ꝑdictis fructibus granata dulcia. Et caueãt dixit Sera. a ficubus siccis custodia ꝯpleta: qꝛ in eis est virtus q̃ facit absterſionẽ q̃re timent̃ sup vlcera eis vt nõ alterent̃ super ea ⁊ ꝓhibeant ea incarnari: pp istud ergo sunt male. Et Aui. dixit. dimittat ficus siccas: qm̃ male sunt ad vlcera abstergẽtes ea ⁊ scalpellantes ipsa: ⁊ exiccãtes ea. s. plus debito. In ficubus. n. siccis est lacticiniũ occultũ. ℭ Dixit Ser. lac est narratũ ex rebus quibus curant̃ vlcera horꝫ mẽbrorum ⁊ est magis iuuatiuũ oĩbus curationibus ⁊ gloriosioris potionis ⁊ laudabilioris. Et iuuamẽtum cũ eo: ⁊ lucrũ est plus. Dico ergo ait Sera. ꝙ ordines generũ lactis sunt tres quorꝫ vnũ est subtilius sicut lac asine: ⁊ alterũ grossius sicut lac vacce. Et 3^m^ est mediũ inter ea sicut lac caprarum: si igitur videris vlcus indigere mundificatione tũc est necesse vt det̃ lac asine: qꝛ est vehemẽtius mũdificatiuum. Et est plus alijs ꝑparatum vt alleuiet̃ consolidatio eorꝫ. ⁊ cũ illo contẽperat supfluitates q̃ currunt cũ ea: ⁊ rectificat eas. Et propinquũ huic in virtute est lac equarum: qꝛ suba eius est substãtia subtilis ẽt. Et si corpus nõ indiget medicinis mũdificantibus ⁊ est extenuatũ ⁊ indiget vt viuificet̃ cibo: tũc est necesse vt det̃ eis lac vaccinũ: qꝛ hoc nutrit corpus nutrimento sufficiẽti ⁊ mundificat ipsum ⁊ fit facile regimẽ ei⁹: ⁊ ordinatio eius ⁊ impinguat ipm ⁊ rectificat supfluitates que penetrãt in mẽbris in qbus sunt vlcera ⁊ sedat acuitatẽ in eis inuentã. Et si necessitas vocat ad ambas res sit ita vt corpus sit indigẽs mundificatione. ⁊ vlcus sit immundum est necesse vt det̃ lac caprarꝫ cũ sit mediũ inter dicta duo genera lactis: ⁊ sit ei possibile vt ꝑficiat curationẽ vtriusqꝫ. Aui. quoqꝫ dixit genera lactis ꝯferunt eis qñ ea digerunt. Qđ ergo est sicut lac asininũ equinũ: vel camellinũ ꝯfert eis: qꝛ rectificat mãs vlcerũ: lauat ea ⁊ glutinat ea sui retentione. i. caseitate. Et qđ est sicut vaccinũ ⁊ ouinũ aggregat ad ꝑdcã additionẽ in confortatione mẽbri ⁊ cibatione eius pp sui grossitiẽ. ⁊ butirositatẽ. Uerum lac asininũ ⁊ caprinũ iuuatiuum est ex pte refectionis cõplexionis ⁊ ablutionis: ⁊ ex parte ꝓprietatis plus q̃ illa duo. s. equinum ⁊ camellinum ⁊ ꝓprie qđ nutritũ in domo. Et fortasse est cõueniens vlceribus in qbus scitur dispõ eius. s. lactis conuenire. Oportet tñ anteq̃ demus lac. dixit Sera. vt sit studiũ nostrum in mũdificatione corporis cũ eis que non nocẽt ⁊ exiccant vlcera. ℭ Et cũ damus lac non oꝫ vt demus aliquid ex cibis aut medicinis donec digerat̃ digestione ꝑfecta ⁊ descendat. de stõ. Et Auic. dixit. nõ comedat post lac donec descẽdat. Et dixit Ser. si tardauerit in stomaco ⁊ nõ descẽdat velociter tunc opꝫ vt demus cũ eo aliquid salis. Et Auicẽ. dixit. misceat̃ cũ eo salituꝫ: ⁊ qñqꝫ ponit̃ cũ lacte sal ⁊ mel. ℭ Et dixit Ser. q̃ntitas lactis opꝫ vt sit. ℥. iiij. s. aut. v. ⁊ plus eo sit. ix. Et demus cũ eo quasdã medicinas q̃ cõueniũt ad mũdificationẽ ⁊ incarnationẽ vlcerũ sicut sunt dragagantum ⁊ gũmi arab. amilũ corallus: karabe semẽ citruli ⁊ similia. Et opꝫ vt administremus cũ eis ex medicinis velocis penetrationis sicut anisum daucus ⁊ semẽ apij. Aui. aũt dixit oportet vt misceat̃ cũ lacte corꝫ ⁊ cibis aliqd ex medicinis rectificantibus vlcera sicut est dragagantũ sumptũ in potu cum his gñibus lactis post mundificationẽ. s. corporis ⁊ ẽt vlceris ⁊ amilũ: ⁊ gũmi. s. arab. ⁊ exiccatiua ⁊ aliquid ex diureticis vt seminibus. Et ex facientibus glutinationẽ. Ista enĩ debẽt misceri medicinis. ℭ Dixit Aui. lac est eis conueniẽs loco aq̃. i. potus ⁊ cibi sil̃. Et vt bibat gña lactis cũ sitis adest. Et dixit cũ deficit pus in vlcere est iuuamentũ lactis camellini p hoc ꝙ sigillat ⁊ glutinationẽ facit ⁊ ꝯfortat. Quidam dñt ꝙ diminuta putredine vlceris si remanserit ardor in vrina da eis in potu semꝑ de lacte ouino: qm̃ bonum erit vlceri in renibus: ⁊ restaurat corpus consumptũ ex dolore. Dixit Aui. minoratio sit potus aq̃: ũino ⁊ oĩs potus vt minuatur necessitas mingẽdi. Et minuat̃ motus renum ab eo qđ prouenit ad eos ⁊ eorꝫ ratio p illud: teneat̃ vẽter mũdus a fecibus. ℭ Et dixit Sera. opꝫ vt non vtant̃ coitu penitus qꝛ est nociuus oĩbus spẽbus horũ vlcerũ ⁊ ꝓprie q̃ sunt in renibus. Et Aui. dixit. in cura huius vlceris opꝫ in primis vt dimittat̃ coitus. Coitus enim nociuus est istis valde pp multitudinem motus ⁊ exercitij. ℭ Dixit Ysaac. vinum nigrum ⁊ spissum ⁊ vesice ⁊ renum morbos ⁊ vlcera tollit. Et maxime competit potus vini dulcis.

ℭ Cura vero per potionẽ aut dirigit̃ ad cãm antecedentẽ humoralẽ existentẽ in corpore: aut ad ipsa vlcera: aut ad accidẽtia. Et primũ completur cum rectificatione humorum ⁊ remotione eorum: ab oĩ mordicatione: ⁊ punctione: qđ fit per alterantia: ⁊ cum mundificatione euãone ⁊ ipsorꝫ diuersione. ℭ Et primum quidem intendenduꝫ in hac curatione dixit Aui. est equatio humorum: ⁊ declinatio ipsorũ ab amaritudine ⁊ bauracitate. sup. ⁊ omni acuitate ⁊ acetositate forti. Nam huiusmodi humores vlcerant: ⁊ particulam vlceratã mordẽt: ⁊ faciũt deuenire vulnus post vulnus. Sꝫ fac vt hũores declinẽt ad isipiditatẽ vel dulcedinẽ aliq̃lẽ: aut ꝙ ꝑmaneãt in nãlitate sua. Et de iplẽtibus hãc intẽtionẽ dixit Aui. est sumere aquã mellonis romani ⁊ intibas ⁊ alchechengi ⁊ papauer. Et ex eis sunt aqua cancrorũ fluuialiũ. Et troc. alchechẽgi sunt vtiles ⁊ expti. Et troc. Gal. facti ex semine papaueris albi semine lini ⁊ gũmi arab. dragaganto ⁊ amilo sumpto cũ aq̃ ordei. ℭ Syrup⁹ vtilis rectificatiu⁹ humorꝫ acutorꝫ ⁊ salsorũ. ℞. ordei mũdi ẽdiuie lactuce epatice capillorꝫ veneris cetherach florꝫ fumiterre ⁊ malue aã. M. i. seminũ cõium mundatorũ. passul̃. enucleatarꝫ. iuiubarũ: sebestẽ seminis papaueris aã. ℨ. iiij: viol. florꝫ nenufaris florꝫ cucurbite. aã. ℨ. ij. radicuꝫ liq̃ritie ⁊ succi eius: ⁊ semis altee. aã. ℨ. vi. tamarindorꝫ. ℥. ij. prunorꝫ numero. x. decoq̃ntur in aqua sufficienti ⁊ colet̃: ⁊ in colatura dissoluat̃. ℥. iij. mãne. ⁊ iterꝫ colet̃: ⁊ cũ zuccaro albo sufficiẽti fiat syrupus dos. ℥. ij. cum aqua seminum frigidorum vel solatri. ℭ In euãone aũt dictorũ humorũ solis lenitiuis est vtendũ. Dixit Sera. si indiget corpus euãone tunc nõ leniantur nature eorum nisi cũ cibis. s. leniẽtibus tantum. Et Aui. concessit lenientia ebibita ⁊ ẽt clysterizata. Et dixit ex eis q̃ equãt humores

De rigõne humorum.

In euãone ꝑ secessuꝫ

motes est solutio vētris subtilis ⁊ tenuis absq̧ labore peni tus ⁊ sine solutione humorum acutorū subito in vna vice. huius.n.solutio expellit a corpore expulsionē subtilē cū declinatione ad partē q̄ alia est a parte renū.s.ad partē intestinorū. Et dum non administras solutiuū soluz.i.qd̄ cūat ex soluēdo est melius:q2 oē tale solutiuū est acutū.q̄re dimittē dum est.⁊ hoc vsq̧ ad necessitatē.i.duz necessitas cogat ad exhibitionē solutiui educētis ex soluēdo pp multitud.nem m̄āe acutes aut eius furiositatē. ℂ Fiat ergo vbi necessaria ē eūo humorum maior q̄ȝ p lenitiēa expulsio ipsorum p vomitum. Dixit.n.Serap.opȝ vt vtantur vomitu:⁊ si difficulter vomunt.⁊ est necesse vt sup eos non sit difficilis vomitus. Dixit Serap.tunc qñ indiget eo sumat multum ex cibo ⁊ vtatur tunc illo qñ prouocat vomitū sicut sunt res dulces ⁊ vnctuose adeo donec ingrossetur vomitus sup eos. Et dixit ex rebus dulcibus prouocantibus vomitū est bateka matura. Et si non inuenitur accipiatur semē eius ⁊ teratur ⁊ sumatur cū melle. Et post hoc sumatur in potu de decoctione multe dulcedinis. Et ait Serap.ego non narro vtilitatē vomitus pp euacuationē superfluitatum tm̄.imo potu q̄ qñ hō vtit eo assidue sanat ex vlceribus renum velociter sanatiōe perfecta ⁊ ex dolore alio si est in eis. Et Aui.dixit vomitus est melius quo vlcera renū curant:q2 mundificat ⁊ euacuat ⁊ attrahit humores ad ꝯtrium partis renū.imo qñq̧ est vomitus freq̄ns sufficiēs ad illud excusans ab alio.s.euacuatiuo ⁊ diuersiuo. Et opȝ vt vomitus fiat sup cibum cum eo qd̄ facilē efficit vomitū sicut melon ⁊ semē eius proprie cū vino dulci. Et sicut syrupus acetosus cuȝ aqua calida: opȝ tm̄ vt non faciat cōmotio vehemēs cū labore.s.in vomēdo. Et dixit Aui.melius est vt eques ⁊ digeras m̄ām ⁊ postea educas illam cū vomitu:q2 digesta facilius educitur. Et ad huc dixit ipse melius est vt prouoces prius cū seminibus.s. frigidis cōibus:qd̄ fit vt si aliqua m̄ā esset in renibus retenta vel fixa educatur p ea ⁊ non agitet in vomitu. Ista tm̄ prouocatio oȝ esse moderata ⁊ facta post digōnē m̄āe ⁊ eūonez eius cū lenitiuis aut saltē cū clysteribus ⁊ cū vomitu. ℂ Et dixit Aui.ex eis ēt q̄ equant humores est flōmia: q̄re fiat si fuerit necessaria.imo ab ea post lenitionē vētris incipiēduȝ est vbi sit indigētia eius. ℂ Et in leniēdo maxime conuenit in m̄ā colerica ⁊ sanguine acuto manna cassiafi. tamarindi viol.⁊ syrupus viol.factus cū succo earū ⁊ aqua fructuuȝ solubiliū. Et in m̄ā salse ⁊ adusta conuenit serū caprinū: decoctio epithimi.syrupus de fumoterre ⁊ filia;. Et contēperantia acuitatē humoruȝ sunt sicut aqua ordei aqua lactis mulsio seminū cōium frigidorū:aq̄ alchechēgi ⁊ solatri:lac papaueris syrupus viol.nenufarinus ⁊ filia. Et ego qdē inueni vtilitatē in assiduatione pineaꝝ ablutarū in aq̄ calida ⁊ seminū cōiū frigidoꝝ eq̄s portionibus:sil' mixtaꝝ. Et cōueniūt ēt alia diuertētia:⁊ maxime q̄ diuertūt ad superiora:sicut sunt fricatiōes brachioꝝ:⁊ positio ventosaꝝ in collo ⁊ spatulis. ℂ Cura vero q̄ respicit vlcus pficit' cū mundificatione immundi ⁊ ꝯsolidatione mūdi. Et incipiēdū est a mūdificatiōe si sordidū fuerit. Inq̄t Sera.in inceptione curatiōis

De cura vlceris p mūdificatiua[?]

vlcerū renū ⁊ instrōꝝ vrine opȝ vt mūdificemus vlcus mūdificatione sufficiēti cū medicinis de ꝓprietate q̄rū est vt abstergāt ⁊ mundificēt saniē ⁊ sordities aggregatas in eis:deinde ꝑmutemus nos ad res detumescere faciētes ⁊ faciētes stipticitatē incarnatiuā. Impleni' aūt alr ⁊ alr ꝑdicte intentiones fm aliā ⁊ aliā dispōnē vlceris:si.n.vlcus fuerit eo q̄ aꝑa ruptū est:aut quolibet alr recēs fuerit:⁊ si fuerit saluū leuibus mundificatiuis ⁊ ꝯsolidationis curabit':⁊ ecōuerso si fuerit cronicū ⁊ nō saluū. Nam dixit Sera.si vlcus est saluū sufficit vt mūdificatio fiat cū rebus leuibus sedatis sicut est semē malue ⁊ altee cū melle aq̄ mellis. Aut mel ipm ꝯmixtū cū decoctione q̄rūdā medicinarū ꝓuocantiū vrinaȝ cū eq̄litate:sicut est decoctio scā cū modico apij seminis feniculi ⁊ sq̄nāti:aut aq̄ feniculi vel aq̄ sq̄nāti. Et si nō sufficiūt iste medicine da cū aq̄ mellis capillos veneris ⁊ vitellū oui q̄ sit resolutus decoctiōe dulci ⁊ alkatilin bar.postq̄ȝ dissoluitur in aqua:⁊ colatur. Aut petroselinum cū vino suauis odoris. ℂ Et Alexan.dixit facta sanie ⁊ emanāte dandū est de aqua mellis ⁊ aqua ordei ⁊ capillorum vene. Et lac asininū mirabilr opatur ad emittēdū saniē ⁊ in dolore renū ⁊ vesice. Et dixit solatrū siluestre ⁊ passule ⁊ pinee ⁊ amigdale ⁊ vinum coctum:⁊ vinū dulce ⁊ oua sorbilia ad tenuitatē valde valēt ⁊ mitigant dolorē horum vlceruȝ velociter. ℂ Dixit Aui.cum vlcus est recēs:⁊ pro aut quotiēs dirumpit' aꝑa:est eius curatio facilis. Et fortasse sufficiunt ad curam passule cū amilo ⁊ syrupo viol'. Et opȝ dixit ipse vt properes ad mundificandū cum diureticis leuibus:sicut cum semine alchechēgi ⁊ altee vsq̧ ad acceptionē feniculorum.s. anisi ⁊ feniculi vel feniculi dulcis ⁊ acuti. ℂ Dixit Haly.cū aꝑa renum aptum fuerit ⁊ sanies in vrina apparuerit: ⁊ locus vlceratus fuerit:primum oium medicamē seminum.s. cōium frigidorum dabis cum syrupo papaueris:qm̄ mundificat humores ⁊ sanies equat ab acuitate. Qz si non expurgatur sanies papaueris troc.dabis illis:⁊ lac asine cum puluere hoc. ℞.medulle seminis citruli cucurbite ⁊ mellonis. añ.ʒ.v.seminis papaueris albi ⁊ nigri.añ.ʒ.iij. amili gummi arabici.añ.ʒ.ij.granorum alchebēgi montani.añ.numero.x.tere ⁊ cum.ʒ.iij.mellis.⁊.ʒ.xxx.lactis mulieris aut asine statim vt mulgetur dabis.⁊ si res prolixatur alchechēgi tribue troc.cum syrupo papaueris. ℂ Dixit Ras.io.ꝯtinē.dico si ponitur ex 4° afſo.q̄ quanto vlcus erit magis infectum tanto magis operatio medicinarum prouocantiuȝ sequatur:sed qñ est munduȝ modice saniei aut multi sensus euitanda est omnino.s.talium prouocantium exhibitio:sed tunc indiget glutinatiuis cum modica quantitate ipsorū.s. diureticorum inquantum possunt inducere ea tantum ad locum vlceris. Et iō dixit Aui.cum scis q̄ in vlcere est sordes da in potu abstersiuum in quo est fortitudo prouocationis sicut est aqua zuccari ⁊ aqua mellis cum aliquibus seminibus.s.diureticis donec prouocēt ⁊ lauent. Variatur enim curatio fm dispositionem saniei que emittitur. Dixit enim Alexan inspicienda est saniesq̧.⁊ si fuerit tenuis pungens ⁊ facilis egressionis procede cuȝ his que infrigidant ⁊ abstergunt modice. Et si fuerit grossa noli dare aliquid ingrossatiuum frigidum. Et si non fuerit in ea punctio nec acuitas da de lupinis ⁊ fenugreco ⁊ seminibus calidis ⁊ propter [illegible] fuerit grossa euitando omne cibarium grossum. Ideoq̧ si vlcus fuerit sordidū ⁊ cronicū tunc in mundificatione eius sunt necessarie medicine fortiores. Et ex his que mūdificāt cū virtute forti dixit Ser.sunt radices lilij celestis postq̄ȝ terantur ⁊ accipiunt' cum aqua mellis:⁊ silr prassium ⁊ ysopus sicca data fm dictā formam.s.cū aqua mellis. Et Aui. dixit cum vlcus sit cronicū res est difficilis. Et opȝ vt ꝓperes ad mundificandū cum eis que sunt sicut capillus vene. q̄uis sit temperatus ⁊ yeros ⁊ farina orobi. In vlcere tamē maligno dixit Serapio.indigemus medicinis vehementis mundificationis ⁊ exiccationis ⁊ eis que prohibent vlcus perambulare ad loca multa. Et ꝓpterea oportet vt demus ex rebus que bibuntur achelust cum vino dulci. Et dixit oportet etiam vt fiat iuuamentuȝ per emplastra exterius approximata. Et Aui.dixit est necesse vt aggregans inter potionem ⁊ emplastrationem cuȝ egritudo est maligna. Ser. tamen in omnibus aggregauit q̄ dixit ⁊ confert vlceribus saluis emplastrum ex farina ordei ⁊ thure ⁊ oleo alchanē aut arboris masticis ⁊ similia emplastra huic:q2 quia prohibent putrefactionem vlceris. Et in vlceribus malis administremus emplastrum ex alchelur decocta cum vino ⁊ melle. Et dixit confert etiam vlceribus que perambulant clystere quod diximus conferre rasure intestinorum. Emplastrum vtile.℞. farine orobi.ʒ.vi. ypoquistidos.ʒ.xij. bulliant in vino stiptico:⁊ fiat emplastrum ex radice yringorum cum

cera ⁊ oleo fit linimentū vtile. ¶ Et Aui. numerans medicinas simplices valentes ad vlcus nō malignū cū bibuntur dixit sunt sicut semen altee: ⁊ marubij cū aqua mellis. Et alchecbengi ⁊ aqua vue vulpis ⁊ proprie montane. Et semē cucumeris ⁊ bolus arme. cum iulep .s. simplici vel viol. ⁊ capillus veneris cū aqua mellis. Et dixit. Radici liquiritie inest mūdificatio ⁊ exiccatio ⁊ maturatio ⁊ glutinatio. Et vt dixit valet ēt succus ipsius ⁊ decoctio eius. Et de conferentibus est semē lini ⁊ dragagantū ⁊ polipodiū ⁊ gūmi pini ⁊ semē citruli. Et semē papaueris torrefactuz cū aqua in qua bullita sint squinantū ⁊ radix liquiritie. Et fortius pdictis est petrosilinum ⁊ daucus cū vino odorifero cū inuoluitur bolus armenus. Et scias. q̄ cū bibit̄ de dragaganto cuz vino dulci ⁊ zuccaro vel melle si vlcus est sordiduz .a. ℥ .i. vsq; ad .ij. cōfert vtiliter. Et silr cōfert puluis seminis malue bibitus cum vino vel aqua ⁊ radix abugilisse valet bibita ⁊ emplastrata. Et conuenit portul. vlceribus renū ⁊ vesice. ¶ Dixit Serap. post mundificationē saniei ⁊ purificationē vlceris bonā opz vt administremus res que coartant ⁊ glutinās vlcera. Et Aui. dixit. si mundificat̄: tunc opz vt sis occupatus in sigillatione vlceris: vt non accidat corrosio. Et oportet vt sit tunc regimē eorum cuz exiccatiuis abstersiuis sine mordicatione. Si tñ vlcus nō fuerit cū magna malitia sufficit illud qd̄ est tēperatum in abstersione ⁊ exiccatione. Et si fuerit malignū est necessarium illud qd̄ fortius mundificat ⁊ fortius lauet sordē: ⁊ qd̄ est fortioris exiccationis vt prohibeat sordes multiplicari in eo: ⁊ qd̄ est vehementioris stipticitatis vt ꝓhibeat effusionē humorum multorū ad ipm. ¶ Et exhibēda sunt tpe consolidationis que sanguinez inspissant: de qbus sunt iuiube ⁊ sebesten coriandruz anisum rizum ⁊ fructus stiptici ⁊ propaie fructus mirti. Da ergo dixit Sera. in potu de rob de agresta ⁊ succū barbe yrcine terram sigil. corallū ⁊ reliquas medicinas siles que hñt virtutem incarnatiuā. Dixit Ras. io. ptiñ. ex .4. de inge. sani. miscemus cū medicinis cū qbus curamus vlcera renū ⁊ instrumētorū vrine medicinas ꝓuocantes vrinā ad inducendum ⁊ transferēdū eas ad locū. Et ex .5. eiusdē dixit. si fuerint vlcera in renibus ⁊ vesica miscemus cuz medicinis eoꝝ aliqd mellis: ⁊ medicinas prouocātes vrinā. Et Serap. dixit. opz vt admisceat̄ cū eis vna ex medicinis acutis velocis penetrationis vt perueniat ad loca lesa cum facilitate ⁊ agilitate: ⁊ vt non ledant̄ p ea mēbra in qbus penetrant. Et iste medicine sunt sicut semen apij dauci petrosilij ⁊ silis. Et Aui. dixit opz vt misceant̄ cū eis diuretica ⁊ medicine subtiliatiue vt faciant ꝑuenire ad vlcus medicinas rectificantes ⁊ sigillantes: lz ipsa diuretica in seipsis noceant ⁊ cōmoueant. Et dixit Aui. opz vt admisceas cū eis glutinationē faciētia. sicut sunt amilū ⁊ gūme frigide. Dixit Sera. amilū ⁊ dragagantum ⁊ semē bacce ⁊ semē altee donec ꝑueniant ad ꝓfunduz cum facilitate. Nam glutinatio est ex eis que ponunt vlcera munita .i. tuta. Dixit Aui. ab excoriatione carū que trāseūt sup ea. Et que de dictis medicinis est vnctuosa sicut lacca facit carnē mēbri: ⁊ facit illud ex quo ipsum .s. mēbrum nutritur spissum ⁊ annexū .i. adherēs ꝑparatuz ad sigillandū. ¶ Et dixit Sera. pone super duo emūctoria empl̄m ex lētibus excorticatis: ⁊ malis ⁊ piris ⁊ citonijs ⁊ gallis ⁊ granis mirti tritis ⁊ mixtis cū rosis ⁊ papauere trito cuz aqua mirti humide. Et si non tolerat infirmus grauitatez empl̄i fac ei linimētum ſm hūc modū. ℞. sumach ⁊ radicē rāni .s. rubi ⁊ pruna siluestria ⁊ decoquant̄: cū ergo remanet de aq̄ parū: cola ipsam ⁊ proijce sup ipsam gūmi .s. ara. contritum ⁊ balausti. ⁊ rob agreste ⁊ acatiam ⁊ amilum donec fiat sicut sba mellis: ⁊ liniatur super duo emunctoria ⁊ pectinē ⁊ alkatin quotiēscq; desiccat̄ ꝑmū pone loco eius aliud. ¶ Electuariū vtile mundificans ⁊ consolidans ⁊ sedans dolorē. ℞. q̄tuor seminum cōium frigidorū mundatorum. seminis papaueris albi seminis malue ⁊ portul. granorū mirti draganti gūmi arab. pinearum mundatarum infusarum in succorum amig. d. cādi liqri. mucil. psilij. añ. ℥ .i. boli ar. sanguinis draco. spodij rosarum myrrhe. añ. ʒ .ij. zuccari q̄ntuz sufficit. Et hoc etiā electuarium posset dissolui in aqua mellis ⁊ inijci in vesicam cum siringa.

De intentione ad accidētia dixit Ras. io. ptiñ. ad vlcera renum ⁊ vesice cū difficultate mingēdi ⁊ dolore. ℞. seminis lini seminis papaueris albi: ⁊ seminis cucumeris mundati ⁊ dragaganti ⁊ amili. añ. fiat decoctio que bibatur aut inijciatur in vesicam. ¶ Aliud. ℞. pinearū amigd. .d. succi liqri. dragaganti seminis melonis cucumeris ⁊ papaueris ⁊ iusqami ⁊ opij ⁊ seminis ⁊ feniculi ⁊ vini dulcis lactus seminis papaueris iusquiami. añ. da cū iulep viol. ⁊ decoctione liquiri. ¶ Dixit Aui. de radicibus quas te opz considerare est vt cū dolor fit fortis curetur dolor prius: deinde vlcus. Nam dolor attrahit mās ad locum que addunt in vlcere. Et iō subdit. q̄ñq; necessarium est vt misceant̄ cum medicinis vlcerum narcotica pp sedationē doloris. Et etiam pp exiccationē: qr sunt exiccatiua ⁊ ēt pp repcussionē cū frigiditate ipsorū qua prohibent mās fluere. Ideo dixit Serap. q̄ conferunt eis cum alijs medicinis .s. in dicto casu cortices mandragore ⁊ etiaz papauer nigrum ⁊ semen iusquiami ⁊ opium. Et proprie si currit ex vlcere aliquid veneni .i. virus dolor est vehemens valde. Et Aui. dixit. curetur cū hoc medicamine. ℞. seminis iusquiami albi. ʒ. vnius sextā. opij chiratam vnā. seminis citruli ⁊ lactuce. añ. ʒ .i. seminis petro. ʒ .i. hoc .n. sedat dolorē in dispōne statim. Dixit Serap. ℞. seminis bacce ⁊ citruli cucumeris ⁊ cucurbite dulcis excorticatarum. añ. partē .i. semis papaueris albi ⁊ nigri gūmi ara. amig. dragagāti amili semis portul. malue altee lactuce ablute ⁊ rauedseni. añ. partes .v. spodij ptes .vij. boli armeni partes .x. granoruz pini magnorum ⁊ paruoꝝ semis alchecbengi mōtani. añ. partes .iij. succi liquir i. ⁊ zuccari tabarzet ⁊ psilij. añ. ptes .xx. terantur alie medicine: ⁊ deinde misceant̄ cū eis psiliū ⁊ zuccarū. Et dos. fit. ʒ .v. cū rob. aut iulep. ⁊ si det̄ cū lacte asine erit magis iuuatiuū. Dixit Auic. qñ dolor est paruus sedat ipsum potus lactis loco aque ⁊ potare sirupū viol. ¶ Dixit Ras. io. ptiñ. dico fit in renibus parturientis eoꝝ ex vlceribus fistula que nō curat̄ oino: tñ qñ replet̄ corpus fluit saniess: ⁊ eꝯ̄. ita q̄ extimet̄ patiēs q̄ sanatus est. Deinde similiter qñ replent̄ fluit. Et siqdē sanies bona fuerit vel fluit nō est timēdū indesqm̄ nō dilatabit̄ neq; corrodet. Et econuerso si mala fuerit dilatabit̄ ⁊ interficiet velociter: vñ intentio tua sit ad dandū in potu qd̄ ꝓhibet putredinē ad calefaciendū ⁊ minuēdū .s. nutriēs ⁊ supfluitates. Et dixit. troc. cōsolidātes vlcera ⁊ fistulā in instris vrine. ℞. luti sigilla. thuris sanguinis drac. karabe gūmi arabi. añ. ptē .i. seminis melonis partē .5. seminis apij ⁊ opij. añ. ptis vnius q̄rtā. dos. ʒ .i. quolibet mane ⁊ sero. Et si volueris ꝓhibere sanguinē. ⁊ saniem violenter adde in eis gallam imaturam. Et Aui. dixit. fistule curationem non habent nisi exiccationē ⁊ prohibitionem corruptionis. Et exiccatio earum fit cum assiduatione in mundificatione corporis ⁊ cautela a replexione in quanto ⁊ quali. hoc enim sufficit si non est maligna. Maligna autē opz vt curentur cum his ⁊ cum fortioribus sicut sunt empl̄a ⁊ potiones probibētia putrefactionē sicut sunt stiptica nota cum abstersione ⁊ mundificatione cum eis in quibus non est mordicatio.

De consolidandis ⁊ sigillandis vlcera.

Cura fistularū secretaruz ex vlceribus renum.

¶ De scabie renum ⁊ pororum vritidum. Cap. xi.



Scabies renum ⁊ meatuum dixit Auic. est de genere vlcerum eoruz. Et cause eius ſm plurimum sunt bothor que apparēt super eos ex humoribus colericis ⁊ baurachiis: deinde vlcerantur. Et signa eius sunt cum signis vlcerum in exitu eius quod egreditur cū cōmotiōe ⁊ pruritu in loco renū. sup. vel meatuū cui

admiscetur

admiscetur punctura. Et quandoq; magnificatur cum ea dolor. ¶ Et illud quod egreditur ex ea que est in meatibus est panniculosum aut pelliculosum. ¶ Et cura eius dixit. A. ꝙ cōfert ei flōmia si corpus est totum plenū et magis iuuatiuū in oī dispōne est flōmia basilice et vētosatio loci renū .s. cū scarificatiōe et administratio mūdificationis corporis semper et proprie cum vomitu. Et confectiones auellanis similes de renibus .i. fridis diureticis cū bolo armeno et succo ligri. s3 partes eq̃les. Et cibus sit q bñ digerit̃ et boni chimi sicut vitelli ouorū. Et q infrigidāt et humectāt sicut pulli cū attriplicibus et blitis et spinachijs et similibus.

¶ De lapide in generali et causis eius. Cap. xij.

Lapidis gñatio sm pħm fit in renibus et vesica. Et de huiōi lapide et arenulis horū locorū aucto. cum de lapide locuti fuerūt intellexerūt: q̃uis .n. lapis inuentus sit gñatus in qbusdā alijs mēbris vt in intestinis saltē grossis maxime in corporib⁹ grossis. Dixit Ras. io. ptiñ. ex libro de morte veloci. Accidit lapis in uno pinguiū fieri. Et erat qdā amicus meus pinguis valde et egrediebat̃ ex eo sepe lapis in vrina: deinde emissi sunt ab eo lapides in egōne abūdanter. ¶ Et inuētus est lapis gñatus vt dixit Gal. in pulmone. Dixit .n. se vidisse quēdā q cū diuturnā tussim passus fuisset reiecit lapidē cū sputo et sanatus est. ¶ Et dixit zoar. iam vidi calculuz gñari sub lingua adeo magnū ꝙ īpediuit motum lingue: et eo extracto rediit lingua ad pristinū statū. ¶ Et ēt in poro fellis vt Genti. dixit. se inuenisse in quodā aromatizato. Et ego vidi lapidez gñatū in kisti fellis in vxore dñi Giānozzi. de pandolfinis. ¶ Et ēt in matrice vt marsilius dixit. se vidisse. ¶ Et qdaz dixerunt se vidisse lapidē gñatū in faucibus. ¶ Et gñatur sepe ēt in iuncturis arteticorū. ¶ Et Gilib. dixit. ꝙ ēt gñat̃ in stō q eijcit̃ in vomitu. ¶ Tamē auctores de lapide istorū mēbrorū distincte non tractauerunt fortasse pp raritatē euētus eius. Et hinc Gal. 6. de interioribus vt scribit̃ a Rabi. fin. 6. ꝑticula ait. calculus nō gñat̃ nisi in renibus et vesica et sm quosdā in intestino colō. ¶ Noiat̃ aūt lapis et arena in renibus vel vesica gñatus ab Ipo. et alijs seniorib⁹ linthiasis. vñ. 4. affo. dixit Ipo. qbuscūq; i vrinis arenosa substāt his renes aut vesica linthiasiz hñt. ab haly. aūt et pluribus alijs calculus noiat̃ et a qbusdā petra. ¶ Est aūt lapis et similiter arena morbus officialis additio ꝑter nāz. est .n. morbus in nūero imediate et sensibilr ledēs opationes debitas vel solitas mēbro in quo gñat̃ sicut lapis fundi vesice debitam ꝯstrictionē vesice ad expellēdū vrinā necessariā īpedit. ¶ Et qñq; est morbus et cā morbi .s. solutionis ꝯtinuitatis vel opilationis sicut lapis stans in poro vritide collo vesice vel virga faciēs in ea excoriationē vel opilationē: et est morbus ꝑiodicus: salubris tñ a tota spē nisi impitia vel negligētia medici aut infirmi diffidētia vel eius et famulantiū inobedientia a curatione impediatur.

Et I Iacobo Veneto Duce R. no Augustino Barbadico in uentus ē lapis in epate et herbitos fore q ex tram eius fortiori post mortem.

De causis lapidis dixit Aui. cōicant renes et vesica. sup. et qdlibet aliud mēbrū in quo gñatur lapis: maxie tñ renes et vesica in cā gñationis lapidis et arenular. Et cā est qr gñatio lapidis et cuiuslibet ēt alterius effectus nō cōplet̃ nisi ex mā patiente et virtute agēte: cū .n. pacienti disposito sufficiēti tpe applicatū fuerit agēs sufficiens effectus inducit̃. mō ita est ꝙ mā disposita et agēs sufficiens ad gñationē lapidis et arenular. pñt in renibus et vesica sufficienti tpe approximata: imo in ipsis plusq̃ in alijs membris vt frequētius reperiunt̃. ¶ Mā nāq; arenularū ē mā grossa nō viscosa. Et lapidis mā dixit A. est hūiditas grossa viscosa flātica sm pħm. Aut est sanies: aut sanguis aggregatus in cōpate renum et vesice: et hec duo sunt vt rarius. Et hinc est ꝙ aliqñ volētes facere lapides nō hñtes terrā viscosam cōmiscēt terrā mūdā cū oleo forti et exiccant eā ad solē. Et hoc mō dñt qdā: pñt fieri cotes ad acuendū ferramēta. Mā .n. nō ens viscosa non pōt coagulari in q̃titate magnitudinē hñte notabilē: s3 exiccata et incinerata expellit̃ discōtinuata sm oēs partes suas. Accidit aūt qñq; vt mā nō omnino mūda sit: sed aliqualē habeat viscositatē et tenacitatē pp quā sm qd in ptibus suis copulabit̃: et tunc expelletur ac si eēt lapis cōminutus in frusta: maiora qdē vel minora sm ꝙ plus vel minus viscositate participabit. Si aūt viscositatez sufficientē habebit ipsa mā ꝯuertet̃ in lapidē q vnitus expelletur. ¶ Uirtus aūt agēs lapidē vel arenulas dixit Aui. est caliditas egressa ab equalitate versus intēsionē que cōsumēdo humiditatē et subtile illius māe ꝯuertit grossum eius in lapidē vel arenulas sicut calitas intēsa fornacis agens in terram cōsumēdo terre humiditatē cōuertit residuū illius terre in laterē si viscosa fuerit terra illa. Si aūt nō viscosa in arenas. Ait .n. Aristo. terra pura lapis nō fit: qm̄ ꝯtinuationē nō facit s3 cōminutionē. vincēs .n. in terra siccitas nō ꝑmittit eā cōglutinari. deficit .n. ei ad glutinationē viscositas: pp ea dixit Ax. ꝙ lutum: qr viscosum est et vnctuosum aptius est cōmutationis eius in lapidem: qd .n. est viscosum nō est aptum cōminui: sed coagulari. Calor igitur agens in māmm dictam ipsius humidum resoluit et extrahit et relinquit eaz siccam. Et tunc humiditate ꝯsumpta calor ab ea nō amplius hñs pabulum exalat: q̃re succedit ei frigiditas: et hec poros illius a calore rarificatos constringit. Et siccitas cū ista constrictione coagulando illā indurat tm̄ vt postea dissolui nequeat. Calor .n. cū coagulauerit ipsam nō pōt dissoluere ipsam. Frigiditas vero et siccitas dissoluere et discoagulare nō valent cū sint principia effectus oppositi .s. coagulationis. Non ergo arena lapis vel later discoagulari pōt pp firmam ꝯmixtionē in eis factā .s. humidi ipsarū cū suo succo subintrantibus altero in alterū vsq; ad minima et maxime in lapide pp viscositatē māe sue. ¶ De dictis causis dixit Ras. io° ꝯti. et ex 2° epidimiarū. fit ois generatio lapidis in corpore in renibus et vesica et articulis de materiis viscosis agēte in eas calitate ignea dū possit ꝯsumere qd in ipsa est de humiditatibus tenuibus decoquēte residuū. ¶ Et Ser. 4° breuiarij cap 19° dixit. mā ex q̃ gñatur lapis est humor grossus crudus q descēdit ad renes et vesicā cū aquositate q̃ attrahitur a sanguine ad renes vt expellat̃ ad extra corpus et nō expellitur: sed retinet̃ in renibus vel vesica. Et cā efficiēs ipm̄ est caliditas sm plurimū ignea. Et in hoc innuit ꝙ caliditas agēs in lapidem non est semp vehemēs sicut iam multi antiquorū putauerunt: sed dixit Serap. qñq; est tēperata: et hoc iō dixit ipse. qr maior cārum et magis vincens in gñatione lapidis est grossitudo māe et eius viscositas: caliditas autē pōt esse temperata: imo vt dicunt qdam. et remissior temperata vt generatio lapidis in flāticis et melicis et senibus et nā frigidis manifestat. In valde tñ frigidis raro generatur lapis. Unde. io. continentis. ait Ras. ille in quo generatur non poterit esse frigidorum renum nisi raro. ¶ Dicunt. ꝙ remissio caloris naturalis facit plus ad magnificationem lapidis q̃z ad ipsius duritiez. Et econuerso eius intensio plus facit ad duritiem q̃z ad magnitudinem. ¶ Et caliditas quidem agens lapidem et precipue que ignea est: que .s. excedit temperatam quandoq; est renibus et vesice connaturalis et inseparabilis. Et quandoq; est ei accidentalis. De qua dixit Serap. ꝙ caliditas ignea que generat lapidem non est nisi aut ex apostemate calido colerico vel sanguineo: quod fit in renibus vel vesica. Aut propter illud quod sumitur in comestione aut potu vehementis calefactionis. ¶ Aut ex administratione medicinarum calidarum egressarum ab equalitate exterius. ¶ Aut propter laborem consecutiuum vehementem. supple. et similia. vt. v. g. de causis intrinsecis sicut mala complexio calida et febris aut precipue cronica aut quartana. Et sic de causis extrinsecis est expositio renum vel vesice ad aerem calidum ad radios solis vel ignem: et longue accubitus supine.

Caliditas que facit lapidē est qñq; temperata et no semp est ignea.

[illegible] ves sūt ap ti ad gene rationem lapidis ⁊ arenularum [illegible]

¶ Materia aūt lapis alia est imediata: ⁊ alia mediata que est
cā cause imediate. Et cā qdem imediata lapidis est humor
grossus viscosus nō adustus vel adustus in mala ɔplone ca
lida. Aut sanies retenta. Aut sanguis collectus ad apa: hu
mor.n.subtilis cito labit ⁊ egredit: ita q non pōt ɔuerti in
lapidē vel arenā: qr est sube temperate nō viscose nō grosse.
Neqʒ diu retinet in cōcauitate renū vel vesice qn in malam
mutet q̄litatē ledentē: cuius lesionem sentiēs nā mouet ad
eius expulsionē anteq̄ʒ in lapidē conuertat vel arenā. Nam
ēt humor melicus: qr siccus est non condēsabilis: sed poti⁹
pp sui terrestreitatē incinerabilis. Neqʒ ēt colera: qr sube ē
subtilis carens viscositate: quare restat q flā: qr grossuz est
⁊ viscosum: sit humor qui est imediata cā lapidis vel arene.
Quidā tn̄ dn̄t. q sanguis grossus ⁊ humor melicus ⁊ cole
ra inālis maxime vitelllina possunt eē cā arene. Arena nāqʒ
generat qn̄ mā nō est multū grossa apta tn̄ recipere coagu
lationē discontinuaʒ. Dixit Ras. io. ɔtin̄. ex. 6. de q̄nibus
epidimiarū. si supfluitas que transmittit ad renes nō fuerit
vehementis viscositatis donec adhereat renibus intantū q
efficiat difficilis eradicatio eius de eis. emittit illud qd coa
gulatur de ea in primis. Et inde fit sedimē arenosuʒ. Sed si
fuerit econuerso. s. multe viscositatis non transmittit ab eis
sed congregabit in renibus vna pars post aliā donec efficia
tur lapis magnus. Sic igitur cā coniuncta ⁊ imediata lapi
dis vel arenularum est vel esse pōt humor grossus solum vt
humor melicus hūor colericus vitellinus humor grossus
nō retentus in apatesed q cū aquositate peruenit ad renes
nutriturus eos qui nō potuit cōuerti in nutrimentū ipsorū
pre multitudine aut malitia sui vel alia inordinatione com
missa. Aut sanguis apens renes vel vesicā. Aut sanies in di
ctis mēbris retenta in ipsorum exiturus vel vlceribus genera
ta: aut ex vlceribus alior mēbrorum ad ipsa trāsmissa ⁊ destu
xa: q nō potuit ab eis expurgari. sed retēta fuit: aut est hūor
flāticus grossus ⁊ viscosus in dictis mēbris retentus.
¶ Cā vo mediata q̄ est cā predicte cause imediate. dixit Aui.
est duplex. vna est que est mā illius cause imediate ex qua la
pis generat. Et alia est retentior eius. s. māe imediate siue ē
cā q mā imediata in renibus vel vesica inueniatur. Et mā
quidē māe imediate est dupler. vna est ans ⁊ alia pmitiua.
Et primitiua qdem est dixit A. cibi grossi ex generibus la
ctis ⁊ proprie spissi ⁊ coagulati vel spissi q̄ztum ab subame
vt qr est grosse sube multe caseitatis: q̄zuis nō sit coagulatū
vt lac vaccinū. Et casei subs ⁊ ppie humidi. i. recētis ⁊ ma
xime si caseus fuerit viscosus: ⁊ pcipue si fuerit sumptus as
satus. Et carnes grosse. Et carnes auiū paludestrium ⁊ ma
gni corporis: vt caro camellina vaccina ⁊ yrcina ⁊ similes.
Et que de carnibus siluestribus ingrossant. i. humores ge
nerant grossos. Et pisces grossi. i. magni corporis. vel gros
si quo ad nutrimētū vt pisces bestiales ⁊ adarmata. i. pisces
nutrimēti viscosi vt pisces lacbunales tenche anguille ⁊ si
miles. Et cibi de pastellis oēs siue sint carnes subtrixe siue
pisces siue oua siue sint frixele vel zerbule vel adipata ⁊ simi
lia. Et panis viscosus qualis est qui de filigine fit. Et panis
crudus. i. nō bn̄ coctus ⁊ azimus ⁊ maxime cortex eius du
rus ⁊ cōbustus ⁊ tri. sup. ⁊ q̄cūqʒ ciberia de pasta fiunt vt la
gane pestilli cruste. ⁊ sorbitiones. i. pultes ⁊ filis vt risum ⁊
oē granū coctū. Et faba maxime fracta ⁊ alia legumina. Et
fructus acetosi ⁊ difficilis digōnis vt mala imatura caro ci
tri. Et caro pirorum: ⁊ q̄cunqʒ generant humorē viscosum. Et
confectiones de melle viscose. ¶ Et ex potibus aque q̄ sunt
turbide nō cōuenientes diuerse ⁊ limose. Dixit Ras. io. cōti
nē. ex libro humorum. lapis generat de aquis hn̄tibus subaʒ
grossam. ⁊ q̄ sunt in mineris. Et ait Ras. Et aqua turbida
vehementis frigiditatis. Et vina grossa nigra. Et ppie qn̄
egō est debilis pp debilitatē virtutis digestiue: aut multitu
dinem eius qd sumitur qd destruit virtutē. Aut malitia or
dinis ⁊ exercitij sup replone. Dixit n. Sera. cā in grossitie
māe est multitudo eius qd sumit ex cibis grossis nāe ⁊ su
sceptio eoruʒ non in sua hora que est necessaria. Et pp illud
sufficit in pueris qn̄ sunt de illis qui lac sugunt in ingrossa
tione māe eorum donec coaguleē ⁊ in lapideʒ conuertat q̄zti
tas eius que est in cibis de lacte grosso. Si aūt sunt maiores
hac etate tūc gulositas ⁊ motus egrediēs ab ordine post ac
ceptionē ciborū cū rebus quas diximus ex causis que igros
sant vrinā ⁊ generant lapidē. Et in illis quorum adolescentia
iam cōpleta est multitudo ciborum grossorum frigidorum est cā
grossitudinis māe ⁊ gnationis lapidis: sicut testatur in illo
q multiplicat comestionē casei recētis. Mā ergo primitiua
māe gnationis lapidis ppie est suba assumptorum grossa
viscosa difficilis ⁊ dure digōnis grossum generans humorē
viscosum ⁊ indigestū: ⁊ maxime qn̄ eorum bona digō impe
ditur: aut ratione q̄ztitatis seu qualitatis assumptorum: aut
rōne ordinis seu assumptionis eorum indebitis aut ex inordi
natione aliarum sex rerum non nāium.
¶ Materia aūt ans māe cōiuncte ⁊ imediate lapidis est hu
mor grossus viscosus in mēbris renibus vel vesice vicinis
adunatus vel in quocūqʒ alio membro illis cōicante a quo
possit ad renes vel vesicam deriuare. Et sanies in aliquo mē
bro supra renes vel vesicā generata ad ipsa trāsire. ¶ Dixit
Aui. q q̄nqʒ est mā māe lapidis sanies vlcerum in renibus vel
vesica vel in alijs mēbris a qbus. s. pucit ad illa: aut sanguis
grossus in emulgenti venis vel illis ppinquis cōtentus qui
cū aquositate est aptus transire ad renes vel vesicam. Mate
ria igit pdicta diu retenta in renibus vel vesica: ēt si eorum
caliditas non sit excessiua: sed temperata aut etiā diminuta
in lapidem conuertitur: qm̄ q̄zuis agens sit debile tn̄ in lon
go tpe perficiet operationem suam.
¶ Cā aūt mediata que est cā retentionis imediate māe lapi
dis in renibus vel vesica: silr pōt esse primitiua ⁊ ans. Et cā
eius primitiua est vel esse pōt frigiditas aeris. balneū aque
stiptice vt alluminose. Et applicatio rerum frigidarū stipti
carum in vnguentis ⁊ emplis renibus ⁊ vesice. Et assūptio
medicinarum frigidarū stipticarum.
¶ Cā vero eius ans dixit. A. aut est debilitas expulsiue in re
nibus ⁊ vesica proueniens pp cōplexionē malā: aut pp apa
sam in eis: ⁊ hec est magna ⁊ potissima cā. Debilitata eniʒ
virtus expulsiua eorū nō expellit superfluitates descenden
tes ad ipsa. Aut cā eius est dixit Aui. vlcera in renibus qua
re retinent in eis superfluitates ois aquositatis. i. que desce
dunt ad ea cū aquositate oi qd est: qr imbibunt ⁊ includun
tur in orificijs vlcerū: ⁊ ibi recluse postea in lapidē conuer
tuntur. Aut cā eius est dixit Aui. vehementia caliditatis in
renibus ⁊ vesica que superfluitates attrahit ⁊ retinet ⁊ in la
pidem anteq̄ʒ expellant conuertit. Aut cā eius est dixit. A.
apa casim opilans: ⁊ hoc est plur. s. ad hāc cām apatia. Aut
apa frisi vel durū. Aut cā eius est dixit Auic. cōitas mēbro
rum vicinantū sicut intestinorum ⁊ aliorum viscerū a qui
bus qn̄ cōprimunt renes ⁊ vesica accidit in eis opilatio q̄
mām in eis retinet donec in lapidē conuertat. Et ex dictis
causis est fortitudo expulsiue membrorum cōicantium eis
que expellit ad ea superfluitates illorū maxime qn̄ est debi
litas in renibus ⁊ vesica non repellens illas: sed suscipiens.
Et de causis eius est amplitudo meatuʒ venientiū ad renes
⁊ vesicā. Dixit Ras. io. ɔtin̄. ex. 2. epidi. qn̄ dilatat meatus
aquositas sanguinis trāsportat ad renes aliqd grossuz mix
tum cum eo: qd qn̄ subsedit in ventriculis renū ⁊ decoquit
per caliditatem coagulat. Et qn̄ coagulatur possibile est q
subsequat semp subsidendo donec ingrossetur inde lapis.
¶ Et Sera. dixit. q cā 2ª. i. mediata: pp quā fit. s. lapis est
amplitudo canalium superiorum: ⁊ constrictio inferiorum
que fortasse est nālis: ⁊ fortasse est accidētalis pp egritudinē
qd est: qr humor grossus crudus qn̄ generat aut ex gulosi
tate aut nimietate ciborum sicut fit in pueris: aut ex debilitate
digestiue: sicut in decrepitis ⁊ descendit ad renes vel ve
sicam

Cā efficiens l generationis lapis q̄ est mā māe cōiuncte.

Cā presentiue retentionis māe lapidis.

Cā ans retentionis materie lapidis.

sicam cuz vrina. Et calitas in istis mēbris est ignea siue pp
malitiā cōplonis: siue pp illud quod currit de flāte ad ea ⁊
opilat ipsa ⁊ cōculcat ⁊ calefit: vel ex apate qd̄ est flegmō
qd̄ est in eis tunc si v̄tus expulsiua renuz ⁊ vesice est fortis:
⁊ vie in qbus euātur vrina vt pori vritides collum vesice ⁊
virga sunt ample: tūc vrina que euātur est grossa. Si v̄o v̄/
tus est debilis ⁊ vie sunt stricte: tūc necessario tardatur tpe
aliquo ⁊ euātur paulatim clara. Et qd̄ subtile remanet in
eo in fine tn̄ colet p resudationē: ⁊ remanet qd̄ est grossuz
fex: quapropter cū incēdit hoc residuū exiccat ⁊ aduritur
ex vehemētia caliditatis que est in istis locis ⁊ fit ei suba la
pidea ⁊ incipit coagulari. Et pp hoc inuenim⁹ in eo semp
qd̄ euātur in pn° aduentus lapidis ex vrina grana arenosa
qn̄ damus ifirmo aliqd ex medicis frāgentib⁹ lapidē puo
cātibus vrinā. Aut cū nā mouet cū acuitate: ⁊ expellit hu/
morem aggregatū in his locis. Et hec grana arenosa qn̄ re
manet spacio ⁊ vniunt adinuicē ⁊ adherēt aggregat grof
sum totū. Et fex que est in vrina cuz eo qd̄ pcessit ⁊ qd̄ coa
gulatū est ⁊ fit lapis cui est q̄ttitas in magnitudine: hoc .n.
mō arena qnq; est cā gn̄ationis lapidis: sicut et ex lapide q
dissoluit puenit arena. Et accidit dixit Sera. in vasis ter/
maruz ⁊ vasis in qbus calefit aqua omni die sile huic lapi/
deitati ⁊ coagulatiōi qn̄ residet in aqua graue ⁊ acqrit ō ca
liditate que est in ea coagulationē ⁊ adherētiam semp. Et
totum illud qd̄ residet ⁊ coagulat qn̄ remanet tpe aliquo
indurat ⁊ magnificat sicut lapis. ℭ Et de causis ei⁹ est ali
quādo sola ɔstrictio viarū vrine coartatoria facta in poris
vritidibus aut collo vesice vel virga ab humore grosso aut
apate aut sanie aut carne orta aut ɔstrictio attenuatoria fa
cta a cōpressione mēbri vicini vt intestinoꝝ epatis aut sple
nis. ℭ Et sunt qui causas efficiētes lapidis reducūt ad cās
pmitiuas: quecūq; .s. calitatē in renib⁹ ⁊ vesicā ponūt aut
pexistentē augent. Et ad āncedentes: quecūq; .s. intēsa cali
ditas cōnaturalis vel accidētalis est in mēbus vicinis reni
bus: maxie in epate: aut vicinis vesice: ⁊ maxie i mēbris ge
nitalib⁹. Et ad ɔiunctas que sunt calitas ipsoꝝ renuz vel
vesice. ℭ Sunt aūt q p̄dictas omnes causas gn̄ationis la/
pidis ad tres cās cōes reducunt .s. ad multitudinem grossi
tiem vel viscositatē māe poroꝝ seu meatuū clausionez vel
stricturā. Et ad virtutis expulsiue debilitatem. ℭ Genera/
tur autē lapis renum vtplurimū in ventre siue in concaui/
tate ipsorū. Et quādoq; generatur in ipso corpore renuz ⁊
poris eius. In vesica autem semper generatur in eius con/
cauitate ⁊ fundo.

In qbus differat lapis renū ⁊ lapis vesice.

ℭ Et q̄uis lapis renum ⁊ vesice ɔueniant in causis supradi
ctis: ita q quecūq; inueniunt cāe vnius pn̄t inueniri ⁊ eē
cāe alteri⁹. nihilomin⁹ differunt in qbusdā. ℭ Dixit Zoar
differt calculus renū ab eo qui in vesica generat in duritie
⁊ in loco gn̄ationis. Nā qui gn̄atur in renibus nō est adeo
durus sicut q gn̄atur in vesica. Et q gn̄atur in vesica in ei⁹
ɔcauitate gn̄atur: qui autē in renib⁹ in corpore renū: vnde
incipit dolor cū incipit lapis gn̄ari. Et nō cessat augeri do
lor donec lapis gn̄atur. sup. aut in ɔcauitate renū: ⁊ tūc nō
adest dolor in hora gn̄atiōis: q vero generat in vesica nō fa
cit dolorē donec moueat. Differunt et in q̄ttitate: q2 lapis
vesice est maior lapide renuz. ℭ Et Sera. dixit. distingua/
mus inter lapidē renum ⁊ lapidez vesice p magnitudinē ⁊
subam: qd̄ est: q2 ille q fit in renibus est minor ⁊ mollior: ⁊
non fit minor nisi pp paucitatē cōcauitatis que est in reni/
bus: quare non est possibile vt extendatur multū pp spissi
tudinē corporis ipsoꝝ. Et qm̄ lapis ipse non forte figitur
in eis tpe longo ⁊ factus est mollior pp paruitatē more sue
Sed lapis vesice est maior ⁊ vehemētioris duritie: q2 con
cauitas vesice est maior ⁊ extēsio ei⁹ est plus pp subtilitatē
eius qua similat pāniculo: ⁊ est neruosa. Et qm̄ lapis figit
in ea tpe longo. ℭ Et Auicē. dixit. q est ex renib⁹ est lenior
parūper .i. minus durus: ⁊ hoc s3 plm̄. Nā aliqū dixit. A.

in vesica lapis gn̄atur q minutatim frāgitur a rebus cōmi
nuētibus ipm. qd̄ erit qn̄ aut pp impotētiā agentis aut in/
dispositionē māe ei⁹ nō fuerit facta itegra exiccatio ⁊ coa/
gulatio ei⁹. Et est minor in q̄ttitate: qm̄ ren nō est capax tā
tarū supfluitatuz q̄tarum vesica. Et lapis renū dixit Aui.
est magis decliuis ad rubedinē: q2 ren est rubee sube: ⁊ di/
tum in eo ei attestat. Lapis v̄o vesice est magis decliuis ad
albedinē sicut ⁊ vesice suba alba est. Cū aūt Auic. dixit q
lapis vesice est decliuis ad nigredinem ⁊ ad citrinitatē ⁊ al
bedinē: p nigredinez intellexit quādam fuscedinē: ⁊ p citri
nitatē quandā palliditatē. Lapis .n. vesice est alb⁹ cineriti⁹
l3 aliqn̄ cū declinatione ad palledinē vel fuscedinē maxime
s3m mām ex qua fit. ℭ Un̄ scire debes q lapis in dictis mē/
bris colorē trahit aliqn̄ ab agēte. Nā quāto magis igneū
fuerit tanto plus lapidis color trahit ad citrinitatē ⁊ rufse
dinez: ⁊ cum fuerit tēperat⁹ ⁊ remissus tāto plus recedit a
rufsedine ⁊ tendit versus albedinē. Aliqn̄ v̄o: imo vtplm̄
lapis trahit colorē a mā de qua fit. Ait Ras. 10. ɔti. ex lib.
epidi. ad modum humoris de quo gn̄atur arena erit color
arene descēdētis in vrina ⁊ forte erit cineriti⁹ aut albus va
dēs ad citrinitatē: aut citrin⁹ vere aut rubeus. Dicūt si mā
ei⁹ fuerit sanies ⁊ fuerit gn̄atus in vesica: tūc lapis est silis
albedini calcis. Et si fuerit ex sanie gn̄atus in renib⁹ decli/
nabit ad citrinitatē quādaz. Si v̄o eius mā fuerit flegma
⁊ fuerit gn̄atus in vesica color ei⁹ erit cineriti⁹ aut liuidus.
Si v̄o in renib⁹ erit decliuis ad citrinitatē. Si v̄o eius mā
fuerit humor melicus ⁊ fuerit gn̄atus in renib⁹ color eius
declinabit ad fuscedinē ⁊ subnigredinē. In vesica v̄o raro
ɔgregat humor melicus q fiat lapis: ⁊ si aliqn̄ fiat erit co/
lor ei⁹ liuidus cū aliquali obscuritate. Si v̄o mā ei⁹ fuerit
cola grossa ⁊ ipsa et in vesica raro ɔgregat in lapidem: ⁊ si
aliqn̄ fiat erit cineriti⁹ cū aliquali citrinitate. Si v̄o in renī
bus ex ea gn̄atur lapis color eius erit citrin⁹ cū declinatio
ne ad aliqualem rubedinē. Si v̄o mā eius fuerit sāguis: ⁊
ipse etiā in vesica raro ɔuertitur in lapidē. Et si aliqn̄ ɔuer
tatur erit color eius cū declinatiōe ad subrubedinē paruā.
In renibus v̄o tendet color eius ad rubedinez. Uerūtn̄ qa
multi hominū multū variātur in regimine: vn̄ diuersi di/
uersis tpibus in eis gn̄ant humores hinc est q etiā in vno
hoīe color lapilloꝝ diuersificat successiue vt mō plus ten/
dat ad vnū colorē q̄ ad alium. Si tn̄ hō non multū vario
vteret regimine color lapidis vel arene eius cuz diligentia
est attēdendus: qm̄ ɔfert in p̄seruatiōe ⁊ curatiōe cū īdicet
māṁ ex qua fit. ℭ Post p̄dictas dr̄ias lapidis renū ⁊ vesi
ce Aui. posuit vnū textuz valde extraneū neq; itelligo euz
neq; inenio a quo acceperit ⁊ ait. Et iterū si lapis est renū
⁊ generat s3m plm: ⁊ nō adhuc mingit: tunc est sedimē vri
ne retentū cuz eo. Et est vesice ⁊ discernit s3 plm post sepa
rationē vrine tunc est fex sanguis: deide associat ei ⁊ diuer
sificat adeo. ℭ Et lapis qdez vesice plm gn̄atur in pueris.
Dixit Ras. 10. ɔti. ex libro nihil. lapides fiunt cum multa
salsedine in vrina. Et ait Ras. expertus sum ⁊ inueni salē in
vrina infantiuz in maiori parte ⁊ erit semp turbida vrena.
Et turbulētia fit pp multitudinē crementi in eis. Et q2 trā
situs nutrimēti in eis est vehemēs valde pp dissolutionem
magnā in eis: ⁊ sal erit ex multa decoctione cum rubedine
alis turbidi. ℭ Dixit Aui. vrina infantiū pluris est salis q̄
vrina senū .i. in vrinis infantiū est plus de substātia grossa
q̄ in vrinis senū. Et nō est hoc: q2 terrestreitas in ifantib⁹
sit plurima: sed adest: q2 caliditas in eis est amplior ⁊ terrē
itas in eius adustiōe .i. pp eius adustionem est pfundior ⁊
minoris q̄ttitatis. ⁊ ppter hoc vrine infantiū sunt turbide
ppter multitudinē pmixtionis ipsaꝝ .s. cū humiditatibus
⁊ pp raritatem corporis ipsorū quare resoluit ab eis plm
aquositas cū resolutione occulta insensibili in qua rema
net grossum qd̄ pmiscetur cum vrina ⁊ turbat ipsā. ℭ Di
xit Ras. 10. ɔtinen. ex Gal. sup. xatto. q lapis pprie fit in

De coloribus lapis renū ⁊ vesice quot sint ⁊ vnde sunt.

etate trium annoꝝ vsq ad.xij.ex multitudine diuersitatis quā faciunt in cibo. Et eo ꝙ vrina eorū ingrossatur: ⁊ caliditas eoꝝ est violenta. Et dixit sup 6° epidi. infantes mingūt vrinaz grossaz: ⁊ grossities vrine potētior est: ⁊ cōdominātior cā in gñatione lapidis: deinde post eam est multitudo caliditatis in veniatorꝫ hec etiā in infantib⁹ est superabundās. Confortat aūt super ingrossatiōe vrine in infantibus superabūdātia comestiōis ⁊ reiteratio ei⁹. Et qui eoꝝ vtitur lacte lac erit cā in gñatione lapidis. ⁊ silr accidit ex comestione casei. ℂ Dixit Sera. plīm gñationis lapidis in vesicis pueroꝝ est: qm oēs opationes naturales in pueris sūt fortiores: ⁊ caliditas naturalis in eis est fortior. Et ꝓpter hoc est grossitudo humoꝝ qui descendūt ad renes eorūꝫ liquida resoluta. ⁊ grossitudis eoꝝ resolutione ⁊ fortitudine virtutis renum penetrat in eis facile ⁊ expellitur ab eis ad vesicaz velociter. Et qm vesica ipsa est frigida nā: qꝛ neruosa ⁊ pauci sanguinis: ⁊ cū frigiditate sua: ēt sunt in ea raritas multa ⁊ concauitas in qbus aggregatur reliqua grossitudo que venit ad eam ⁊ coagulatur illic ſm semitā dictam. Et ex his que iuuant sup hac coagulatione sunt viscositas illarum supfluitatū ⁊ grossitudo eaꝝ: qm supfluitas in pueris est velox ad descendendū pp vehemētiā calitatis eoꝝ naturalis. Et qꝛ ꝓhibetur amplitudo meatuū vesice in pueris pp ꝯstrictionē colli vesice ⁊ longitudinē eius: ⁊ sic accendit in supfluitate eius caliditas ignea: ⁊ tunc ipsa sufficit in generatione lapidis. ℂ Dixit Aui. plīm gñationis lapidis vesice in infantibus fit inter infantiā ⁊ initiuꝫ pubertatis. Unde dicūt qdam. ꝙ in infantib⁹ vsq ad ꝓductionē dentiū raro valde gñatur lapis cū non habeāt humores nisi subtiles: nec habeāt calidū acutū: sed post hos infantes vsq ad pubertatē generatur lapis. Nō quidē ex natura ipsoꝝ: sed accidentaliter. i. ex errore in comestione ⁊ motib⁹. Dixit Aui. cā quare plīm generatur lapis in infantib⁹ est pp appetitum eorum inordinatū ⁊ motū eorum supra repletionem ꝓpter quā cām dīt qdā maxie generatur in etate cōcussiōis. Et pp cōstrictionē meatus eoꝝ: ⁊ qꝛ infantiū ⁊ adolescentiū humores subtiliores sunt quapropter tūc penetrēt in renib⁹ idest ꝑ renes eoꝝ: ⁊ sic descendūt ad vesicā. Et dixit Aui. dignior pueroꝝ vt in eo generetur lapis vesice est ille q est sicce nāe ſm plīm: ⁊ est calidi epatis. Non eni exiccat nā ſm plurimū nisi pp attractionē huiditatū. s. ventris ad epar: deinde ad mēbra vrine. Et qm est illic caliditas pñs que est causa efficiēs lapidis ⁊ inuenit māꝫ illuc attractā tunc fit lapis qm siccitas nāe facit vrinam grossiorem ⁊ plurimā: mō ita est dixit Auic. ꝙ oīs vrina in qua est plurim⁹ humor: ⁊ est illa in qua cū descendit generatur sal. i. hūor grossus ad modum salis: post tēpus apparet sicut sal. Et est eius sal plurimus tūc ipsa ē dignior vt ex ea generetur lapis. i. est dignior ad significandū ꝙ in dño eius generatur lapis: qꝛ ostēdit corpus eius esse repletū humorib⁹ grossis ⁊ viscosis qui sunt mā lapidū: qui descendūt ad vesicam pp fortitudinē expulsiue renum eoꝝ: ⁊ amplitudinē meatuum qui sunt inter renes ⁊ vesicam simul cum aquositate. In vesica aūt retinentur pp causas supradictas. In adolescētibus vō ⁊ iuuenib⁹ raro generatur lapis in vesica: qꝛ humores eoꝝ sunt subtiles: ⁊ collum vesice in eis est amplū: q̄re transit per ipsuꝫ qd grossum est in eis ex humorib⁹ ⁊ exit simul cū subtili: nō ergo fit in eis lapis etiā in renibus nisi errent in regimine. In senibus etiā ⁊ decrepitis raro generatur lapis in vesica: quāuis abundēt humorib⁹ grossis ⁊ viscosis pp defectū caloris in vesicis eoꝝ ⁊ mēbris vesice vicinis. Sed in senib⁹ ⁊ decrepitis: dixit Ras. 10. cōtinentis. ex verbo Gal. super. 6. epidi. lapides in renibus magis fiunt cuꝫ opationes naturales in eis debilitate fuerint ⁊ diminute. Unde aquositas in eis in vltima debilitate ⁊ idigestiōe erit: ⁊ erit in ea aliq̄ grossities ex qua lapis alligatur in ventriculis renū eorū: defectu eniꝫ caliditatis naturalis in eis multiplicentur humores grossi ⁊ crudi: ⁊ qꝛ meatus qui sunt a renib⁹ ad vesicaꝫ sunt stricti facti pp frigiditatē cōplexionis eoꝝ que ꝯstringit retinētur in renibus: ⁊ non trāsit ex eis ad vesicam nisi subtile: quare in eis actione caloris conuertuntur in lapidē. Serap. ⁊ Aui. idē dixit Ras. 10. cōtinentis. ex verbo Gal. super libro de aere ⁊ regione. qui hꝫ ventrē mollem ⁊ vesicam nō multū calidā ⁊ collum vesice nō strictum sine difficultate mingit: ⁊ nō remanet in vesica qd turbidū est: quare secur⁹ erit a gñatione lapidis in vesica. ℂ Dixit Ras. 10. ꝯtinentis. ex verbo Gal. super. 2. epidimiaꝝ. In mulierib⁹ nō generatur lapis in vesica: qꝛ eaꝝ vesice sunt late. Et vesice eaꝝ larguꝫ nō longū nō tortū non strictū: vñ de eis de leui emittitur vrina turbulenta: neq retinetur in eis aliqua pars grossa oino. Et colluꝫ silr vesice iuuencularuꝫ breue est ⁊ largum ⁊ tortura eius est modica ⁊ ipsaꝝ vrina est magis tenuis: ⁊ caliditas ipsaꝝ minor: vñ nō generatur in vesicis earum lapis dixit Sera. Cā quare hec egritudo nō accidit puellis est: qꝛ collū vesice in eis est breue ⁊ amplū ⁊ ꝓpinquū vulue. Et ꝓpter hoc penetrat in ipso mā grossa facile: ⁊ nō retinetur: ⁊ nō tardatur: quare nō coagulatur: ⁊ nō ingrossatur. Dixit Auic. lapis vesice paꝝ generatur in puellis ⁊ mulieribus: qm meatus vesice earuꝫ ad exteriora est breuior ⁊ latior ⁊ paucoꝝ anfranctuū. Et in breui meatu. s. ⁊ lato: ⁊ nō anfractuoso de facilitate expulsiōis supfluitatuꝫ est qd nō est in lōgo. s. ⁊ arto ⁊ anfractuoso. ℂ Et dixit. ꝙ ille cui plīm accidit lapis renuꝫ est pinguis: qꝛ pinguedo efficit meatus vrine artos. Et dīt qdam. sīle hui⁹ est in cōplexione humida. Et dixit. ille cui plīm accidit lapis vesice est extenuatus: qꝛ hꝫ collum vesice artum. Et consilr dīt. est in hñtibus complonem siccā. ℂ Dixit Aui. in illo in quo est sedimē arenosuꝫ nō aggregatur lapis: qꝛ mā nō est in eo coartata quare nō retinetur: sed expellitur: ⁊ qꝛ non aduenit ei causa mālis plurima. Si. n. esset plīma eēt ꝓncipiū ꝙ generaretur ex ea lapis magnus durus nisi esset plīma mollis. i. passibilis suscipiēs cōminutionē. sup. ⁊ nō coagulationē. Et si nō. s. eēt passibilis suscipiēs cōminutionē nō multiplicaretur ei⁹. s. sedimis arenosi gñatio in vrina. i. ei⁹ sepatio. Et cū forma sit hec. i. cū ita sit sicut dictū ē: scias ꝙ māe ñ est. s. ꝙ in lapidē conuertatur: nō suscipientē cōminutioneꝫ ꝓpter cām in seipsa neq ꝓpter vehementiā caliditatis eius. i. tantum: sed significat fortitudinē expulsiue ꝓpter quaꝫ sic est. Et subdit. ꝙ hoc iudiciū plurimū est necessariū. ℂ Et dixit Auic. de hñtibus lapidem. s. in renib⁹ sunt quidā quibus sunt paroxismi. i. ꝑiodi generādi lapidem. Et qm aggregatur. i. aggregat⁹ est lapis ⁊ fortasse qm mingitur ⁊ egreditur cum vrina aduenit sicut colica. Et spaciū ꝑiodicationis in hoc est diuersum inter mensem ⁊ vsq ad annum. s. vt plīm: qꝛ aliquando est plus ⁊ aliqñ min⁹. Et cā ꝑiodicationis sumitur ex dispōne mēbri mādantis ⁊ ex dispōne renis recipientis mām vt in tanto tpe congregetur in eo mā ⁊ conuertatur in lapidē. ℂ Et dixit scias. ꝙ lapis renū ⁊ vesice est ex eis que hereditantur in semine: ⁊ transit ad filios maxime qui continuat⁹ est ⁊ habituatus: ⁊ eo ꝙ debilitātur ꝓpter illū renes ⁊ vesica quib⁹ debilitatis semen debilitatū q̄tum ad ista mēbra emittitur. ℂ Et dixit. ille qui ꝯsueuit tolerare lapidē magnū dolorē inductū a magno lapide alleuiatur ꝑ alios dolores vesice. Et significat ꝙ mēbrum non suscipiēs apostemationē velociter nō āpatur per huius. s. dolorē fortem lapidis vel. s. per dolorē leuem. Neq ꝑ dolorem clamosum. i. ventosuꝫ cum toleret dolorē magnum cum magno lapide ⁊ non āpatur: tūc vnusquisq amborū. s. dolorū si singulare hat āpat. i. āpare pōt. ℂ Et dixit. lapis vesice multiplicatur in regionib⁹ septētrionalib⁹: ⁊ ꝓprie in infantib⁹: qꝛ in illis regionib⁹ recluditur in interiorib⁹ mā apta generatiōi lapidis ꝓpter frigus extrinsecuꝫ. ℂ Dixit Anthis. fortasse erit in vesice de lapidib⁹ numerus mult⁹: ⁊ fortasse erunt vsq ad decem. Et quādoq erit lapis ad magnitudinē

Lapis vesice paꝝ generatur in puellis ⁊ mulierib⁹

Lapis renum plīm gñatur in pinguib⁹.

Lapis renū hꝫ ꝑiodos in ei⁹ gñatione.

Lapis renū ⁊ vesice ē ex his q̄ hereditantur.

gritudinem mali et plus. Et hoc idem dixit Gal. primo de interioribus. dixit Rasis. 10. continentis. quidam emisit lapides septem: quelibet ad modum auellane: et alter emisit lapidem maiorem ouo galline.

¶ De signis lapidis communibus. Cap. xiij.



Signa cõmunia vtrique lapidi dixit Ypo. 4. afo. et etiã superius dictum est. Quibus in vrinis arenosa substãt. i. ad fundũ descendũt et ab vrina separãtur: his vesica aut renes lithiasim. i. lapidem hũt per separationẽ istorum arenosorum ab vrina et ipsorũ descensum ad fundũ ipsa distinguũtur a quibusdam corporibus arenosis que egrediunt cum vrina ipsi vehemẽter permixta: et in superioribus eius stantia aut adherentia parieti vrinalis: que proprie procedunt ab adustiõe humorum et proprie in fine febriũ. Inspicere debes quotidie vrinam et cũ vrinam videris cõsuetam exire grossam vel turbidam attenuari et clarificari suspicari poteris de generatiõe lapidis. Et si post hoc videris dolorẽ in loco renum iliorũ vel pectinis addes in suspicatiõe. Et si videris arenã consuetã expelli in vrina retineri: tũc iam certificabis generationẽ lapidis. ¶ Dixit Aui. In primis vrina que est grossa incipit cõuerti ad tenuitatẽ: vrina nãque in primis est grossa. i. anteque incipiat lapis generari: et hoc est secundum plurimum. etenim cũ grossities est materia grossa que descẽdit ad renes vel vesicã de qua põt fieri lapis que nõdum retinet: sed extra cum vrina expellit. Est aũt hoc secundum plurimum: sed semper non: quia nõ semper est necessariũ vt generationẽ lapidis precedat vrina grossa: cũ possit precedere tenuis: et lapidẽ cum ea generari: vt si materia que plurimum ad renes vel vesicã descẽderet esset multũ grossa: et pre grossitie sua non valens penetrare nec descẽdere in vrina retinet. Aut etiam retinet licet nõ multũ grossa. Aut virtutis expulsiue debilitate vel meatuũ constrictione: tunc vrina erit tenuis. et tamẽ illa materia retenta cõuerteret in lapidẽ. Põt etiã vrina tenuis euenire post grossam propter alias cãs: quam retentiõe materie grosse. Et tamen tunc nõ significaret lapidis generationẽ: vt propter opilationem meatuũ vrine fiet vrina tenuis: post quã tamen nõ generabit lapis vt in retẽtione menstruorum per opilationem sicut etiam in egritudinibus splenis et alijs egritudinibus melicie. Sed cũ vrina sequitur post grossam tenuis propter retẽtionẽ turbidi: et nõ propter alias cãs tũc extima lapidis generationẽ. Et sic appet quod hoc signũ nõ est certum: sed cõiecturatiuũ. ¶ Et scias dixit Auicẽ. quod generatio. i. euẽtus eius s. vrine grosse in principio rei. i. ante generationem lapidis est magis significatiua sanitatis virtutis expulsiue: et dilatationis meatuũ. sup. et etiã minoris grossitiei. s. quam generatio vrine tenuis nõ precedente grossa in generatiõe lapidis propter cãs dictas. Et quidam dicũt. est magis significatiua sanitatis et c. quam sit significatiua generatiõis lapidis. Et declarãs Aui. de qua grossitie vrine itellexerit magis in particulari dixit. quandoque est in vrina sedimẽ plus simile sedimini quod ẽ in egritudinibus epatis infirmi: quod aliquando est adustũ aliquando flãticũ vel alterius cõditionis secundum varias epatis egritudies. Quod si lapis fuerit quod generatus est: tũc dixit ipse. quanto vrina est vehemẽtius clara et magis assidue siue pluri tempore clara mingit et paucioris sediminis tãto significat quod lapis est durior et pre duritie ab eo nõ decidit vrina. Unde dixit Bimasui. si fuerit vrina vehemẽtis claritatis valde significat super lapidẽ approbatũ et durum incõuenientem dissolutioni per medicinas. Quod si post retẽtionem turbidi arena aliqua in vrina emissa fuerit tunc super lapidis generationẽ firmã certitudinem prebebit. ¶ Dixit Ras. 10. cõtinentis. si infans fuerit abundãtiũ capillorum cũ intensa caliditate in renibus eius nisi fuerit largorum pororũ in eo generabuntur lapides multi. ¶ Dixit Gilibert. vrina tenuis alba precedente lactea et spissa cũ arenulis lapidẽ cõfirmatum significat: sed sine arenis precedentibus dicitur cõfirmari. ¶ Dicũt: vrina alba et spissa cum arenis si quotidie attenuat lapidem cõfirmari significat. Et si postea fiat alba tenuis sine vllis arenulis lapidẽ iam cõfirmatũ significat. Et post hec datis diureticis: vel nõ datis vrina incipit impillari. et arene exire lapidẽ dissolui et diminui significat. ¶ Et scias quod arenule euenientes propter generationẽ vel dissolutionẽ lapidis quando colãtur ab aquositate et fricãtur inter digitos nõ cõminuunt neque dissoluunt. Sed que fiũt ex adustione humorum in febribus: et in articulosis inter digitos fricate facile dissoluunt. Cum arena in vrina quotidie multiplicat quotidie lapis auget. ¶ Et cum post auctũ arenularũ quotidianũ arena minuit. et vrina subtiliat et clarescit et tãdem arena nõ exit aut vrina multũ minuitur: aut omnino retinetur lapis in statu erit et cõfirmatus. ¶ Et lapis quidẽ inuenit mingi secundum diuersas formas: aliquando quidẽ magnus: aliquando paruus: aliquãdo grossus: aliquãdo subtilis: aliquãdo rotũdus: aliquando oblõgus: aliquãdo quadratus: aliquãdo triangulatus: et aliquãdo asper: et aliquãdo tenuis: et aliquando durus: aliquãdo mollis et tener vt vidi in epo fesulano. Et aliquãdo secundum alias diuersas figuras. Et he quidem forme magis eueniunt in lapide renum quam vesice. Lapis enim vesice vt plurimum est rotũdus. ¶ Arenularum deterior est que est nigra: deinde liuida: quia a duriori materia decidũtur. Et quãtocũque arena cõtritioni inter digitos fricata magis resistit tanto deterior est.

Urina grossa precedit generationem lapidis renum vt plurimum non tamen necessario.

Lapis renum ad diuersas recipit formas lapis vero vesice vt plurimum est rotundus.

¶ De signis lapidis renum. Cap. xiiij.



Quando arenule in vrina secundum predictas dispositiones eueniũt tendẽtes ad citrinitatẽ vel rubedinẽ lapidem in renibus generari vel generatum significat. Dixit Gal. 6. de interioribus ca. 2. precedunt generationẽ lapidis renum sedimina in vrina similia his que fiũt de dolore renũ. Et dixit. ibidẽ augmentũ doloris renũ post repletionẽ cibi et potus et maxime quando descendit cibus: quia tunc cõprimunt renes. Et postea expulsis egestionibus dolor minuitur aut quiescit significat lapidem in renibus generatũ. Et dixit Ruffus. si videris vrinam nigrã sine dolore et sine egritudine pronosticare lapidem in renibus post paruũ tẽpus generandum et maxime si senes fuerit. ¶ Signa aũt lapidis renũ facti dixit Pau. habes significationẽ lapidis in renibus per dolorẽ innatum inseparabilẽ et fixum. Et Gal. dixit. 6. de interioribus. proprium huic passioni est quod dolor est in vno loco fixus: et erit locus eius paruus ac si ibi esset spina. Et dixit. sup. 6. epidi. accidit dolor crudelior in tempore generationis lapidis in substantia renũ sup. quam quando generat in vacuitate renum. Et similiter accidit crudelior in tempore accessus et descensiõis ad vesicam. s. cũ transit per poros vritides. Et dixit Gal. ego quãdo video dolorẽ in partibus vritidũ et pectinis coniecturo quod lapis sit in renibus eius: et maxime cum dolor augetur quando stõacus et intestina sunt repleta. In alijs autẽ temporibus inuenit quasi sit aliquod põderosum positum in loco renũ. ¶ Dixit Aui. vehementior dolor qui fit propter lapidẽ renum cũ in primis generat: dicunt quidam. i. cum primo aduenit homini. Cũ enim prius aduenit homini hec egritudo dolorẽ itestinorũ efficit quam faciat postea in processu periodicãdo vel cum in primis generat. i. cum primus incipit generari in substantia renum omni quocunque periodo fuerit. Et cã est: quia cõstringit. s. substantiam renum. Et quia inititur. i. appodiat et inheret ei. Et quia mouet et procedit in meatibus et proprie vesice. i. in meatibus per quos intrat in vesicã qui sunt torti et obliqui vt patebit in anothomia eius. Et quia facit dolorẽ cũ mouetur ab eo. s. in loco in quo est lapis vel cui inititur et appodiat. ¶ Et dixit Paulus. habes significationẽ lapidis renũ per vrinam in qua erit aliqua pars bautrachia arenosa. Et subdit. et per vnum testiculum dolentẽ. s. eum qui est in latere renis lapidẽ patientis: Et dixit. et per vnam anchã dolẽtem que est prope renem dolentẽ. s. in latere eius. Dixit Gal. super 6. epidi. et scribit etiam Rasis in. 7. particula. dolor cum dormitatione pedum in egritudinibus renum accidit per societatem que est inter re-

nes ⁊ pedes per venas positas supra spinam quarū vna est vena cōcaua. Et altera est vena magna pulsatilis. ¶ Et dixit Pau. habeas cognitionē ei⁹ per accidentia filis accidentibus colice. Unū dixit Ras. in diuisionib⁹. q lapis renum signuz est q dolor eius est silis dolori colice. Et illud ideo: qm̄ cum eo nā constringit ⁊ cōmouet nausea: ⁊ sentit dolor in illijs. sup. ⁊ vomit⁹ ⁊ indigestio. Dixit Auer. 4. colliget. dolor q est in hac egritudie ⁊ accidētia ei⁹ doloribus ⁊ accidentib⁹ que in colica inueniunt similant. Dixit Gal. 6. de interiorib⁹. si patiens ɔsueuerit ante hoc pati lapidez renum erit ad maiorē ɔfirmationem. ¶ Dixit Gilib. vrina tenuis alba cū arenis rubeis p̄cedente lactea lapidē in renibus significat. Cū his tn̄ signis. s. dolore ⁊ grauitate renuz cum dolore ⁊ pūctura ancharū ⁊ dormitatiōe pedis ex pte renis infirmi. Et aliqñ etiam cū dormitatiōe testiculi eiusdem ptis. Et vrina exeunte paulatim cū ardore virge ⁊ arenoso sedimine. ¶ Dixit Gor. qn̄ lapis est in renib⁹: tūc est dolor vehemēs in spina dorsi ⁊ anchis ⁊ descendit aliquādo. s. dolor ad iferiora ⁊ aliqñ propter descensuz lapidis ⁊ aliqñ per viaz cōitatis. ¶ Dixit Gal. 6. de iteriorib⁹. qn̄ suspicio est de lapide renum medicinā que frāgit lapidē in renibus donaui. ⁊ hoc duas vtilitates vīz hēe. Unā qz passionem ⁊ locū eius denotat. Aliaz qz ipsa est medicina eius: vnde si posi medicinā arenas videbā exire passionē in renibus esse certificabā: ⁊ tūc magis de ea medicina donabaz. Et dixit Almā. hn̄tes lapidem in renib⁹ in latere pectoris dolorem sentiūt prius q̄z arene in vrina appareāt. ¶ Dixit Gilib. signa lapidis a caliditate p̄cedentis calor pūgitiu⁹ ⁊ acut⁹: vnde seqtur strāguria ⁊ vrina incēsa russa vel subrussa aliqñ cuz guttis sanguinis ⁊ arenis russis vel subrubeis viridibus vel nigris. Et dn̄t. seqtur ipm̄ aliqñ febris effimera: ⁊ sitis assidua nō nimis itensa cū siccitate oris. Et patientes lapidē ex cā calida pniores sunt in venerē q̄z alij. Et patiētes lapidē renū cum frigiditate sentiūt in loco collectionis lapidis frigus ⁊ pōdus ⁊ aggrauationē. Et vrina qñqz est tenuis ⁊ qñqz pinguis turbida. Et arene sunt albe liuide vel cineritie. ¶ Dixit Sera. cognoscit q lapis est fixus in loco vno ex quo non pmutat ex assiduitate inquietudinis ifirmi: ⁊ nō fit dolori ei⁹ tranquillitas. Sed si lapis nō est retētus in loco vno: imo pmutatur de loco ad locū scimus illō ex vehemētia doloris qñqz. Et quiete ei⁹ vice alia. ¶ Et Auic. dixit. signa mot⁹ lapidis ⁊ descensus ei⁹ ad inferiora sunt grauitas doloris ⁊ ei⁹ vehemētia. Et descēsio. s. doloris ex alkatin vsqz ad inguina ⁊ ad emūctoria: tunc iam puenit lapis ad meatū vesice. s. quo igreditur vrina in ipsa. Et cū postea sedatur ille dolor: tūc iaz puenit in vesicā. ¶ Dixit Glosator pmutatio lapidis scit ex pmutatione doloris. Et est vey si nō remanet dolor in quo erat. Naz si remanet in eo dolor qui pus erat dolor veniēs in loco inferiori nō fuit ex pmutatione lapidis: sed per cōitatez. Et qn̄ remouet lapis gn̄atus in substātia renū seqtur mictus sanguinis. ¶ Et dixit Antilis. si fuerit lapis longus aut magn⁹ multotiens mingit patiēs cuz eo sanguinē. Et tu vidisti in soldo de soldanis qui emisit lapidē longiorem ⁊ grossiorē q̄z vnq̄z viderim⁹: ⁊ minxit sanguinē postea per menses ex quo post tēpus fact⁹ fuit hydropic⁹ ⁊ mortuus est. ¶ Dixit Ras. in diuisionib⁹. opz vt distinguat iter ipsum ⁊ colicā. Et dixit Auer. vbi supra. dīa istarū difficilis est ⁊ ppie in pncipio: sed in fine māifeste diuersificant pp ventris ɔstrictionez esse in colica ⁊ humorē egōnem ⁊ multam vētositatez. Et lapides gn̄ati in renib⁹ arenaz ostēdūt in vrina. Et dixit. signū distinctiuū est opatio clysterioz: qz si patiēs p clystere inueniat requiē sicut accidit Gal. sine dubio hoc dolor colic⁹ erit. Et si pp clystere aggrauat pcul dubio dolor renū erit. Et cā est qz clysteria itestina replēt ⁊ in eis distensionē faciūt: ⁊ tūc cōprimunt renes: ⁊ dolor fortificat. Et ppie verificat hoc si sic erit nō solum apud vnū clystere: sed apud plura: Dixit Ras. 10. ɔtinētis. dixit Gal. erat qdam qui mingebat in quolibet bimense lapidē: ⁊ anteq̄z descēderet retinebat eius nā ⁊ nō transmittebat de eo egestio radicit⁹ ad modū dispositionis colice: ⁊ inueniebat dolorem vehementē: ⁊ deinde emittebat lapidem. Et vide in capitulo de colica signa distinguentia colicam a lapide renum.

Patiētes lapidē ex cā calida sunt pniores ad coitū q̄z alij.

Distīg. iter lapidē renū ⁊ colicā

¶ De signis lapidis vesice. Cap. xv.

Dixit Gal. pmo de iteriorib⁹ ca. primo. habebit patiēs vrinā clarā ⁊ aquosam que pus fuerat arenosa. cuz enim arene emittunt nō significat cōfirmatio lapidis: sed cum nō amplius egrediunt que si postea iterū emittātur significat lapidis dissolutio. Et Ser. dixit. cognoscim⁹ lapidem vesice ex emissiōe vrine aquose cū sedimine arenoso. Et Ras. dixit. in diuisionib⁹. significat ipz albedo vrine ⁊ subtilitas ei⁹. ¶ Et A. dixit. vrina est decliuis ad albedinē ⁊ sedimē. s. arenosum qō substat in ea nō est rubeū: sed ad albedinē tendēs aut cinereitatē. Inuenit aūt alia litera que dicit ad citrinitatē: ⁊ nō est bona. nisi p citrinitatē intelligat albedo non omnimoda. Uerūtamē dixit. A. qñqz est vrina grossa oleaginee feceis. i. hypostasis grosse mucillaginose: ⁊ hoc erit qn̄ illud mucillaginosuz nō ɔuertitur in augmētū lapidis: ⁊ nō erit opilatio in collo vesice. Uerūtn̄ dixit ipse. vtplm̄ est subtilis: ⁊ hoc ideo qz vtplm̄ colluz in his patiētib⁹ opilat ab ipsa mā grossa vel ab eo qō iam factū est de lapide: vn̄ vrina quasi distillādo egredit: ⁊ nō penetrat ex ea nisi qō subtile est ⁊ hoc ppie in pncipio qn̄ retinet mā feculenta que conuertit in lapidez: aut ppie in pncipio qn̄ lapis est paruus: qm̄ dixit Auic. lapis paru⁹ magis opilat ⁊ magis retinet vrinaz q̄z magn⁹: qz magis ingredit in meatū colli vesice: ⁊ magis figitur in eo. magn⁹ vero remouet a meatu velociter. Et in tpe qdem gn̄ationis lapidis quādoqz emittitur vrina alba cū sedimine arene. ⁊ aliqn̄ grossa absqz sedimine arene. Cū aūt ɔfirmat ⁊ fact⁹ est: tūc exit vrina vehemētis claritatis: ⁊ nō residet in eius fundo arena. Aut si residet est qd parū valde. ¶ Dixit Bimasui. si laborans lapide mingit arenā significat q lapis est mollis dissolubilis p medicinas interi⁹ ⁊ exteri⁹ approximatas. Sz si est vehementis claritatis valde signat super lapidē confirmatū durum ⁊ incōuenientē dissolutioni cum medicinis. ¶ Dixit Antilis. ⁊ post q̄z minxerint appetūt mingere: qz vesica excitatur ad expellēdum illud qō in ea est de lapide quasi volēdo ipm̄ trāsmutare. al's trāsmittere cū vrina multa: ⁊ forsitasse post mictū minget sic. Et Auicen. dixit. quotiēs euacuatur ex vrina quā mingit desiderat iterū mingere statiz. Et agens illud est lapis expellēs. i. cogens v̄tutez ad expellendū ipm̄ expulsione vrine aggregate. i. cum vrina aggregata ⁊ multa. ¶ Dixit Paulus. signatur super lapidē vesice p difficultatē exitus vrine. s. qñqz eueniētem. Et Auicē. dixit. quādoqz pducit ad difficultatē. s. vrine: vt dicit litera extra cum hoc p illud qō egredit cum fortitudine propter expressionē suam. i. cum fortitudine expressionis. s. facte a v̄tute mediantib⁹ musculis latitudinalib⁹ ventris. Aut facte a patiente astāte vel medico vel manu vel alia re sup mirach in loco vesice attrito: tūc. i. relaxato orificio vesice ab spellente post ipsum: vnde qñqz mingit patiēs in fine eius scilz expressionis vrinam q̄z multā. Accidit aūt illa difficultas vrinādi vtplm̄: ppterea q lapis opilat meatū colli vesice non pfecte. Et qñqz accidit ppterea q vesica superflue repletur vrina anteq̄z expellat. vnde eget expressione super ipsa ad expellēdum ipsaz. Et sic vt dixit Ras. in diuisionibus. qñqz accidit retētio vrine: ⁊ qñqz difficultas exit⁹ ei⁹. ¶ Dixit Auic. quādoqz est cum arenositate exeunte in vrina fex furfurea. i. hypostasis habēs partes furfuraceas: q̄ exeunt a vesica ppter abrasionez in ea factā a lapide abstergente

Lapis paruus magis retinet vrinā q̄z magnus.

gente

gẽte ꝛ abradente superficiẽ vesice intrinsecã. Et multotiẽs dixit Auic. mingit sanguis ꝓpter rasicationẽ lapidis: idest factaꝫ a lapide maxime in meatu colli vesice ꝛ ꝓprie qñ lapis est magnus ꝛ asper. Unde dixit Antilis. si lapis fuerit longus ꝛ ramosus aut magn⁹ multotiẽs mingit laborans eo sanguineꝫ. ꝛ ex paruo vero vel applanato nõ mingit sãguinem. ℭ Dixit Serap. 4. breuiarij. cap. 21. si in vesica est magn⁹ lapis: tunc nõ forsitan fit dolor difficilis vehemẽs: qñ nõ adheret nec coartaᵗ ꝓpter raritatem ꝛ concauitatẽ vesice: sed qñ puenit lapis ad collum vesice ꝛ canam virge ꝛ nõ potest penetrare ꝓpter magnitudinẽ suam: infirmus tunc peruenit ad propinquitatẽ perditionis ꝓpter cõprehensioneꝫ ꝛ violentiã doloris q sequitur hanc egritudinẽ. In lapide vesice quomodocũqꝫ fit dolor cum sit mẽbrum neruosuꝫ sensibile cito patiens a lapide. Ueruntamen dixit Auicẽ. non est dolor lapidis vesice sicut dolor lapidis renũ: qꝛ est paru⁹ respectu illius: qm̃ lapis vesice tenetur in spacio. s. magno respectu lapidis renuꝫ. Et ꝓpter puitateꝫ huius doloris dixit Pau. lapis vesice non excitat dolorem nisi qñ obtinetur in ore veretri interiori ꝛ retinet vrinã. Et Auic. dixit. ꝓprie cum retinet vrinam: qm̃ tunc eius dolor vehemẽs fit: qꝛ tunc ingrediᵗ colluꝫ ꝛ soluit continuũ ei⁹. Ipsa etiã vrina retẽta sua quãtitate excedendo soluit continuũ: vñ fit dolor. ℭ Et Antilis dixit. qñ mouetur laborãs lapide vesice ambulãdo vel laborãdo vehemẽtior fit dolor eius. Et cuꝫ requiescit alleuiabiᵗ dolor ipsi⁹: qm̃ nõ adheret lapis cum vesica. Et in dispõne cõgelationis. i. stupefactiõis doloris ꝛ quietis eius. s. lapidis ꝛ q̃etis patientis lapidem inueniᵗ retentio grauitatis tantuꝫ: qꝛ absqꝫ dolore s. notabili. Et hoc cum nõ est vehemens repletio coartans ꝛ cõmouens per hoc lapidem. ℭ Et dixit Antilis. dolebit veretrũ cum pruritu in eo ex cõmunicatione vesice in eo sicut dolet vnguis. i. extremitas digiti cum affligiᵗ digitus. Et Auic. dixit. ꝙ est cum lapide vesice assiduatio prurit⁹ ꝛ doloris ꝛ virge: ꝛ in radice ei⁹ ꝛ in pectine cõmunitate virge ad vesicam. Et Paulus dixit. ꝙ prurit⁹ est etiam in loculo testiculorũ: ꝛ propter pruritum illum puer patiens vt dixit Raſ. in diuisionib⁹. plurimũ scalpit virgam ꝛ laborat cum ea ꝓpter quod dixit Paulus. extẽditur veretrum ꝛ erigitur: deinde deficit ab erectione. Unde Serap. ait. sunt continu⁹ prurit⁹ in canali virge ꝛ erectio ei⁹ ꝛ mollificatio ipsius supra mensurã. Et Aui. dixit. habẽs lapidem vesice multiplicaᵗ contractionẽ virge sue: ꝛ ꝓprie cum est puer ꝛ assidua fit ei erectio. ℭ Dixit Antilis. in plurib⁹ laborãtibus lapide vesice egrediᵗ anus coꝝ. Et Raſ. dixit. 10. cõti. dico ſm ꝙ expert⁹ sum ꝛ extractores lapidũ dicunt. ꝙ prior significatio lapidis in vesica est exit⁹ ani. Auic. tñ dixit. qñqꝫ perducit lapis vesice ad exitum ani ꝓprie cum est magn⁹ cõprimens intestinũ rectum cum vicinitate ei⁹. Uñ cõpressum descendit ꝛ egrediᵗ. ℭ Et dixit Aui. qñqꝫ pducit lapis vesice ad retẽtionem. s. egõnis vt dicit ipsa extrare hoc erit aut ꝓpter coartationẽ factã in intestino recto: aut qꝛ nã refugit ab expressiõe secuꝫ vitando augmentũ doloris. ℭ Pro dictis signis dixit Alm̃. 9. Cũ eger virgaꝫ sepe sepe fricat ꝛ manutractat: ipsa quoqꝫ erigiᵗ frequẽter ꝛ subitorꝫ arescit ꝛ vrina difficulter ꝛ cũ dolore egrediᵗ: ꝛ qui⁹ erit in qua egritudie longo tp̃e qñqꝫ extiterit lapis in vesica esse significaᵗ. ℭ Dixit Auicen. qñ remoueᵗ difficultas vrine p intromissionẽ siringe est sup lapidẽ significatio fortis. Et quãdoqꝫ significat. s. lapidẽ alchathatin. i. itromissio siringe per illud qd̃ in extractione siringe associaᵗ ei de mã ex qua generaᵗ lapis. s. mã grossa mucillagiosa que ex vesica egrediᵗ cuꝫ extrahiᵗ siringa. Et dixit. multotiens lapis pungit. s. colluꝫ vesice: ꝛ cũ resupinaᵗ patiens ꝛ eleuãtur anche. s. cum crurib⁹ ꝛ coxis ꝯcutitur. s. hac illac remouetur lapis a meatu siue collo ꝛ cadit in vacuum vesice. Et qñ fit cõpressio. s. fortis sup pectinẽ ꝛ eijcitur vrina est hec significatio fortis sup lapidẽ. Et patientes lapidẽ vesice qñ cogũtur mingere coguntᵗ etiã assellare cũ dolore ꝓpter colligantiã ꝛ cõpassionẽ. Et qñ lapis est in meatu virge: ꝛ tunc dolor ꝛ pũctio erũt in loco ei⁹ in virga. ℭ Et scias. ꝙ multotiẽs non gñatur lapis in vesica: sed descẽdit de renib⁹ ad ipsam. Et nõ expulsus ab ea neqꝫ emissus remanet ibi: ꝛ deinde magnificaᵗ. Et signũ hui⁹ est ꝙ precessit dolor i renib⁹ ꝛ inflatio q post descensum lapidis sedat⁹ est. Et sequũtur: deinde signa lapidis vesice que prius nõ aderant. ℭ Signũ aũt ꝙ predicta signa cõfirmat ꝛ certificat est inuentio lapidis in vesice p sensum tact⁹. ℭ Et lapis qdem qñ ꝯtinetur in collo vesice quãdoqꝫ repitur ad tactũ factũ exteri⁹ in loco colli vesice. i. inter anuꝫ ꝛ bursam testiculoꝝ cũ aliquali cõpressione. Et silr repitur q est in cãna virge ingrendo eã cũ cõpressione facta sup eam: ꝛ qñ vero est in cõcauitate vesice opꝫ vt inquiraᵗ digito intromisso in anũ infirmi. Et modus ingrendi de eo ſm Paulũ: est vt iaceat patiẽs sup dorsum: deinde inungaᵗ digit⁹ index si fuerit paru⁹ vel puer. Aut digit⁹ medius si fuerit iuuenis aut magn⁹ oleo vel butyro vel aliquo ceroto vel mucillagine ꝛ itromittaᵗ in anũ infirmi. Et impellat cũ eo medic⁹ intestinũ versus vesicam: ꝛ tunc diligẽter ingrat de lapide ꝛ an sit vnus vel plures. Et si sic nõ inuenerit eum expellat cũ digito intestinũ versus collum vesice donec eminẽtia in loco illo exteri⁹ appareat: ꝛ tunc tangat cũ manu alia eminẽtiam illaꝫ vt mediãte tactu digiti interioris ꝛ man⁹ exterioris certificeᵗ de lapide an sit an nõ. Hanc tamẽ inqsitionem dꝫ p̃cedere clystere lenitiuũ vt totam egõnem expellat. Et ꝓprie dixit Pau. si sentis ꝙ in intestinis ei⁹ fit stercus siccũ: qm̃ nisi expellaᵗ fortasse impediet tactuꝫ lapidis: sed euacuatis itestinis ab eo ꝙ in eis fuerit de fece facilis fiet tact⁹ eius. Et ex dictis Pauli pꝫ ꝙ ꝙ inquisitio de lapide vesice nõ dꝫ fieri patiente stante erecto aut sedente: qm̃ sic stando extẽduntur dixit Paulus musculi cum vesica: ꝛ mutationem faciũt inter inquirẽtem ꝛ lapidem. Sed eo iacente sup dorsuꝫ suum musculi non extẽduntur cum vesica: ꝛ non impeditur tact⁹ lapidis. ℭ Et dixit Pau. si lapides erũt in mulierib⁹ ipsemet sentient eos cum digitis ipsaꝝ. Et manifeste eruntᵗ significationes oẽs eo ꝙ os matricis est in collo vesice.

In lapide vesice nõ est tãt⁹ dolor sicut in lapide renũ

Modus ingrẽdi lapidẽ vesice cũ medio.

ℭ De p̃seruatione a gñatione lapidis. Cap. xvi.



Uerens se preseruare a gnõne lapidis qd̃ maxime querere dꝫ heres eius qui in lõgo tẽpore passus fuit lapideꝫ ne hereditatẽ eius subeat: debet sibi cauere iuxta posse ab his que hic describenᵗ. Et cũ hoc vti eis que ei vtilia subscribẽtur ſm instrumẽtum diete ꝛ potionis.

ℭ Debet nãqꝫ vitare aerẽ calidũ ꝛ morã ad igneꝫ: ꝛ sub sole ambulare vel eqtare vel stare sic ꝙ radius solis vel ignis post tergum renib⁹ adueniat aut anchis ꝛ pectini. Et dꝫ ẽt vitare calefacere dicta loca caliditate saltẽ intẽsa cum pannis calefactis vel calefaciẽtibus vnctionib⁹ vel emplastris ac etiã portare multa idumẽta circa dicta loca ꝛ maxie pellibus fulta. Uitare etiam dꝫ aereꝫ multe frigiditatis: ꝛ extremitatum maxime frigiditateꝫ. Sed inhabitet pro posse aerem temperatũ in passiuis ꝛ actiuis: aut ad frigiditatem aliqualem declinantem.

ℭ Nocet auteꝫ ei irasci ꝛ furere ꝛ tristari sicut letari ꝛ bene sperare ꝛ confidere summe prosunt.

ℭ Multa quies nocet ei: sed, magis mult⁹ motus ꝛ exercitiũ laboriosum. Et ꝓprie quãdo in tali motu vel exercitio fatigãtur renes alchatin ꝛ pecten ꝛ circũdantia mẽbra. dixit Bimasui. vitare dꝫ exercitiuꝫ ꝛ ꝓprie qd̃ laborare facit dorsum. sup. ꝛ alias ptes dictas: ꝛ p̃cipue post comestionẽ. Ait. n. Sera. custodiaᵗ a motu laborioso ꝛ iordinato post cibũ. Et vitare debet oẽ artificiũ in quo renes curuati tenẽtur maxime sedẽdo: sicut est artificiuꝫ sutoꝝ ꝛ scriptorum

multoꝝ. Et nocet ei valde stare longa mora super pedibꝰ ⁊ saltare ⁊ vehi in curru ⁊ equitare de troto: quãuis enim hi motus conueniant in curatione lapidis renũ quia iuuant ad descensum eius ad inferiora: tamen nocẽt in preseruatiõe faciẽdo descendere mãs ad partes renũ ⁊ vesice. Dixit Ras. in diuisionibus. fiat abstinẽtia a multitudine equitationis ⁊ labore dorsi ⁊ a longitudine stricture cinguli. Nocet enim portare corrigiam strictã ⁊ maxime cũ vehemẽter stringitur. ⁊ dixit Serap. ca. 20. si cã in generatione lapidis fuerit labor cõtinuꝰ permutemus eum ad contrariũ administrãdo quietem trãquillitatem ⁊ ociũ. Sed si motꝰ moderatus: q tamen sit amplior ante cibũ ⁊ minor post cibum ⁊ mitior. Dixit Ras. 10. cõtinen. dixit Gal. nõ generatur lapis in renibꝰ. s. neque in vesica dum subuenit exercitio. s. moderato. ⁊ Aui. dixit. cum exercitio tẽperato in tpe vacuitatis ⁊ fricatiõis eius quod in medio stringitur. i. cingitur. Fricatiões enim tẽperate in extremitatibus conueniunt. Et postea facte in dorso ⁊ renibꝰ: deinde moderatiores fiãt in pectore ⁊ toto mirach.

¶ Et dixit. ex prohibitiuis generationis lapidis ⁊ augmẽti eius est balneũ: fortasse enim renes conueniunt per balneũ ad lubricationẽ lapidis. s. parui iam generati. sup. ⁊ etiã cause eiꝰ materialis. Et quãque extrahũt. s. balnea mãs conuertibiles in lapidem ad id quod de corpore appetit diuertẽdo eas a renibꝰ. s. ⁊ vesica. Sed tamen dixit ipse. quãdo multꝰ est vsus balneoꝝ. s. siue in preseruatione siue in curatiõe mollificãt virtutem ⁊ debilitãt virtutem renũ: quia relaxãt mẽbra: vnde virtus debilitatur. Et similiter mollificãt ⁊ debilitãt virtutem si administrentur in hora in qua nõ est necesse vt administretur lenificatio ⁊ sedatio doloris. s. per mollificãtia. Renes enim mollificati redduntur susceptibiliores mãerum effusarũ ad eos: ⁊ intellexit de balneo aque dulcis vel decoctionis mollificantium.

¶ Et fugiendus somnus plurius ⁊ proprie diurnꝰ ⁊ supinus. Dixit Ras. in diuisionibꝰ. fiat abstinẽtia a somno lõgo super collo: accubitꝰ enim super dorso multum nocet ⁊ precipue in culcitris de plumis: quãuis quidam dicant quod iste accubitꝰ confert in actu curatiõis. Dixit Aui. dormire super dorsum est ex eis que lapidi conferunt. dicunt quidam. s. ad generationem eius: quia calefiũt inde renes: vnde calefacti mãm citiꝰ ⁊ magis petrificãt. Alij dicunt. quod conferunt ad prohibitionem generationis lapidis: quia per ipm aperiuntur vie quibus apertis mã facilius a renibus descendit ⁊ egreditur. Experientia tamen docet ipsum esse nocitiuũ in preseruatione a lapide: conuenit etiam in curatione secundum quosdam.

¶ De cibis aũt ⁊ potibꝰ vitẽtur acuta amara salsa: ⁊ multũ dulcia. Dixit Bimasui. prohibet quod non generetur lapis euitatio ingrossatiuoꝝ ⁊ satietatum nauseatiuaꝝ ⁊ totiꝰ eius quod calefacit vehemẽter renes. sup. vel vesicã. Dixit Ser. cibos grossos difficilis digẽstionis si nõ abscindimꝰ: ⁊ nõ ponimus regimen in eis sanum secundum quod cõuenit malitie cõplexionis ipsiꝰ erit corruptio ex eis maior quã sit iuuamẽtum ex medicinis cõuenientibus: quia comesta ⁊ bibita sumuntur omni die necessario. Et nõ est de proprietate hominis vt accipiat medicinas semper. Et si possibile sit quibusdam nõ est tamen in medicinis de virtute iuuatiua que stet cũ oppositione. s. graduali regiminis nocitiui. Propterea dixit Ser. oportet vt adhibeatur cautela a rebꝰ grossis ⁊ viscosis: de quarum proprietate est teneri cũ mẽbris. prohibeatur ergo a comestiõe panis azimi aut etiam fermẽtati qui nõ est bene coctꝰ. Et est necesse dixit ipse. vt fiat prohibitio in administratiõe ciboꝝ factorum ex lacte ⁊ ouis duris ⁊ sauich. i. simila ⁊ tri ⁊ ardamata ⁊ cãdarusio. ⁊ vt caueatur omni cautela a caseo recẽti proprie. Ait Bimasui. Ciberiũ de lenticulis ⁊ costeg generat lapidẽ. Unde vitande sunt ⁊ fabe ⁊ oia genera leguminũ. rizum ⁊ triticum coctũ ⁊ panis de granis minutis ⁊ panis de siligine propter viscositatẽ suã. Dixit enim Rasis in diuisionibꝰ. prohibitio generationis lapidis fit per dimissionẽ ciboꝝ viscosoꝝ sicut caseii proprie ⁊ panis azimi ⁊ dulciũ grossoꝝ. ¶ Uitari debet ois caro grossa viscosa difficilisque digẽstionis sicut caro boũ ⁊ vaccarũ ircorũ ⁊ capraꝝ ⁊ arietũ ⁊ agnorum nondũ annualium porcorũ vitelorũ aproꝝ tassoꝝ vulpium ⁊ leporꝝ etiã: quãuis caro vulpiũ ⁊ leporũ conueniãt in fractione lapidis. Ut vitari debet caro auiũ longoꝝ colloꝝ: ⁊ precipue in aquis degẽtiũ. Et vitari debet comestio omnium interioꝝ mẽbroꝝ aialiũ sicut cerebra: lingua: pulmo: cor: vẽter: epar: ⁊ splẽ: intestina. ⁊ renes ⁊ testiculi: exceptis epatibꝰ pulloꝝ: ⁊ precipue pinguium gallinaꝝ ⁊ testiculis galloꝝ in principio cum cantare ⁊ coire incipiũt: sũt. n. huiõi epata ⁊ testiculi facilis digẽstionis ⁊ boni chimi. Et vitãdum est lac ⁊ que fiunt de lacte aut cum lacte fiunt vel parantur. Et vitandũ est in infantibꝰ lac mulierũ calide cõplexionis. Ait Bimasui. lac calide complexionis generat lapidem in infantibꝰ. Et apud me meliꝰ est. quod remaneat infans ab ipso lacte ⁊ nullo mõ vtatur eo: ⁊ maxime si fuerit propinque etatis. s. infans vel lac. Et vitentur oua cocta vsque ad indurationem. Et peiora sunt que frixa sunt. Et pessima sunt si secũ habeãt caseii permixtionẽ. Et ouoꝝ albumen malũ est. ¶ Et vitãdi sũt pisces grossi viscosi nõ [illegible] moti dure carnis lacunales: ⁊ ex malis aquis sumpti Anguille cancri ⁊ gãberi testudines aquatice ⁊ conchilia. ¶ Dixit Sera. nocẽt fructꝰ difficilis digẽstionis sicut mala ⁊ persica imatura ⁊ caro citri. Oẽs enim fructꝰ grossi chimi ⁊ stiptici mali sũt sicut castanee citonia pira nespila sorba corna ⁊ siles. ¶ Et expedit vitare oia acrumina sicut cepas allia ⁊ reliqua ex eis. Quidã tamen concedunt parũ porri rafanide cum alijs cibis. ¶ Et vitãda sunt olera intense caliditatis. Et similiter radices multe prouocatiõis sicut que sunt apij petrosilli ⁊ sparagi. Et dixit Bimasui. debet vitare fungos ⁊ tubera. ¶ Et debẽt vitari ciberia parata in geladia vel mirtito romania vel birbesia ⁊ ribesia. Et oia saliamẽta siue sapores q fiunt cum succis stipti. is sicut cũ agresta vino granatoꝝ cito. vel similiũ. Et vsus cibarioꝝ cõditoꝝ cũ pipere zenzi. ⁊ similibꝰ speciebꝰ calidis. ¶ Et expedit vitare vina grossa turbida musta ⁊ noua. Dixit Ser. custodiatur a vinis vehemẽtis nigredinis grossis. Et Bimasui. dixit. prohibeantur vina calida: quoniam calefaciũt renes. ⁊ dixit Ser. aque turbide que bibuntur ex fluuijs ⁊ limose lacunales ⁊ feculẽte: ⁊ ille in quibꝰ est sapor horribilis ⁊ extraneꝰ adiuuant ad generationẽ lapidis.

¶ Dixit Bimasui. panis brunꝰ. i. de tota farina melior est pane mediocris farine. Et panis mediocris farine melior est pane simile. i. de flore farine. Debet aũt panis esse bñ fermẽtatus ⁊ coctꝰ a corticibꝰ mundus. Et habẽtibus cõplexionem calidã põt concedi panis de farina ordei vel spelte. ¶ Caro aũt conueniens eis est caro fasianoꝝ perdicũ coturnicum pulloꝝ ⁊ pullarũ caponũ ⁊ gallinaꝝ ⁊ pulloꝝ columborũ volare incipientiũ turdoꝝ allaudaꝝ irundinũ ⁊ caude tremule ⁊ aliarũ auiculaꝝ bonaꝝ paruarũ. Et caro edoꝝ lactantiũ ⁊ lactãtis vitule aialium agnoꝝ ⁊ castratoꝝ iuuenum ⁊ caro ericij. Et caro quadrupedũ siluestriũ adhuc lactãtium precipue capreoli ⁊ leporis. Et dicũt quidam. quod pedes galli comesti multũ iuuãt quãuis carnes alie eis noceãt. Et conueniunt vitelli ouoꝝ sorbiles. Et nõ fiat eis abstinẽtia a piscibꝰ bonis recentibꝰ. ¶ Et cõceduntur eis e fructibꝰ amigda. d. ⁊ amare ⁊ fistici ⁊ pinee lote ⁊ passule enucleate. Et cappares cõdite in aceto ⁊ oliue aquose. i. in aqua dulcorate. Et conceduntur in principio mense aliqua cerasa dulcia mora celsi pruna bene matura. Et vue albe bñ mature. Et dixit Pau. ficus. s. recẽtes comeste emittũt arenã multã in vrina. Et quidam cõcedunt etiam ficus siccas ⁊ persica matura. Et cõueniunt nucleoꝝ persicorum ⁊ crisomilloꝝ ⁊ ceresoꝝ medulle. Et quidam interdũ concedunt nuces ⁊ auellanas in parua quãtitate. Et hñtibus cõplexionem calidã conceduntur cucumeres cucurbita melon ⁊ citrulus: ⁊ precipue eoꝝ seminum medulle. ¶ Et ex oleribꝰ conceduntur blitis: spinachia: attriplex: borago: feniculus: lactuca: cicorea: teneritas lupulloꝝ ⁊ speragorũ. Et cõceduntur baucia ⁊ pastinaca domestica ⁊ agrestis

De cibis ⁊ potibꝰ eis conuenientibus. (left margin)

De cibis ⁊ potibus conuenientibus. (right margin)

Ris rapere radix feniculi ⁊ filia. Et interdũ quia semel vel bis in mẽse ↄceditur radix apij petrosilij sparagi. ⁊ brodiũ cicerum rubeoꝝ vel nigroꝝ: põt cõcedi cũ cibarijs. ℭ Salsamentũ factũ ex folijs petrosilij cũ aceto parue acetositatis: addito modico cinamomi ⁊ zinzi. aut ex succo granatorũ dulciũ etiã muzoꝝ cum cinamomo ⁊ zenzi. ℭ Et cũ suis cibarijs ↄcedunt spẽs que sic fiunt. ℞. cinamomi electi. ℥. ß. zinzi. albi macis galãge croci cardamomi. añ. ʒ. j. seminis feniculi. ʒ. ij. Et ↄcedũtur p̄dicti cibi assi ⁊ elixi. Uinũ bibant albũ clarũ debile p̄mixtũ cum aqua bona clarissima fontiũ puteorũ vel cisternaꝝ. dixit Bimasui. aq̃ oꝫ esse colata clara tenuior q̃ꝫ possit haberi que si talis nõ fuerit sublimet vel decoquat. Dixit Auicẽ. in pueris ꝓhibet gñationẽ lapidis sumere in potu vinũ albũ p̄mixtũ. s. cũ aqua. valet. n. qa penetrat in eis faciliter ad renes ⁊ lauat eos ⁊ educit mãs que sunt ibi cũ vrina. Et interdũ vt bis vel ter in mense ↄcedunt vina alba subtilia clara ⁊ potẽtia ⁊ vinũ maluaticũ ⁊ filia. Et dixit Gal. s. de re. sani. vinum [illegible] tificatũ bonum est eis in quoꝝ renibus lapides gñantur. Et expedit. s. in iam gñato lapide q̄ ponãtur in dicto vino ꝓuocantia vrinã ⁊ frãgentia lapidem.

ℭ Dixit Ras. 10 ↄtiñ. nõ generat lapis in renib⁹ cũ subuenitur cum eũone replonis de cibarijs. Et Sera. dixit. hũoris grossi gñationẽ paucitas ciboꝝ ⁊ cautela a malitia digõnis probibet: qm̃ de ꝓprietate satietatis ⁊ malitie digõnis est ꝓcul dubio attrahere hanc egritudinẽ. Et si accidãt ⁊ iaꝫ inceperit egritudo excitat eaꝫ vehemẽter. Dixit Aui. abstinere a cibis grossis ⁊ equare q̃d comedit in subãtitate: qualitate ordine. ⁊ alitis ⁊ confortare stõm vt digõ bona fiat. s. ꝓhibent gñationẽ lapidis. Et dixit Auicẽ. lenire nãm vt declinent hũores grossi ad latus fecis: ⁊ non fiat ex declinatiõe eoꝝ ad latus fecis coartatio renũ. Et dixit. iuuant pueri a clysterib⁹ lenibus tẽperatis per illud q̃d educunt de fece ⁊ leniũt nãm. Et q̃nq; ponunt in eis de medicinis clysteris idest de medicis que ponunt in clysteribus que p̄ducunt v̄tutem ꝓprie ad renes ⁊ vesicã mũdificãdo ea sicut esset clystere factũ ex decoctiõe blitis feni. apij ⁊ paritarie in q̃ decoctiõe poneret de cassia ⁊ benedicta ⁊ oleũ camomellinũ ⁊ modicũ salis. Bis in die comedãt prandio ⁊ cena. Famelici surgant a mensa: cibum diligenter masticent: ⁊ omni via procurent vt digestio bona fiat. Dixit Bimasui. vitandus est coitus ⁊ precipue supra cibum ⁊ maxime frequenter factus.

melle dispumato ꝛ da ad q̄ītitatē lupini. Qui aūt hoc me/
dicamen cōpositurus est: vt sacrosanctū custodiat ne has
spēs terat nisi in mortario ligneo ꝛ cū pistello ligneo: neq̄
Elm de cicadis. sup se aliqd̄ ferrū hēat in aliq̄ parte sui corpis. ℭ Elm de
cicadis expertū. ℞. cicadaꝝ abiectis capitib⁹ alis ꝛ pedibus
granoꝝ solis seminis saxifragie. añ. ℥. i. pipis galāge cina/
momi. añ. ʒ. ij. ligni aloes. ʒ. ʒ. mellis qd̄ sufficit dat̄ cū ali/
quo syrupo ad hoc ↄuenienti in balneo. ℭ Silib. aūt dixit.
accipiant̄ cicade ꝛ remotis capitib⁹ alis ꝛ pedibus terant̄
cū grano solis ꝛ saxifragia ꝛ det̄ puluis cū apozimate pen
tafilon ꝛ vino. Aliud. ℞. milij solis gario. ȝȝ. cicadaꝝ me/
lano pipis petro. sparagi saxifragie leuistici. añ. partes eq̄/
les mellis qd̄ sufficit. dos. ʒ. ij. cū lacte: vtilius tn̄ dat̄ i pul/
Troci. de cicadis. uere. ℭ Troc. de cicadis q̄ ↄueniūt ad lapidē frāgēdū. ℞.
milij solis pētafilonis seminis vitice. nucleoꝝ cerasoꝝ se/
minis nasturtij petro. alexādri tartari vini albi. añ. ʒ. ʒ. san
guinis yrci cicadaꝝ. añ. ʒ. iij. galange. ℥. i. olei muscellini ꝛ
nardini ꝛ balsamini. añ. ʒ. i. ʒ. succi saxifragie. ʒ. iij. fiāt tro/
cis. ꝛ siccent̄ in vmbra. dos. ʒ. i. x° ↄti. describunt̄ plēs de/

scriptiones in qb⁹ igrediunt̄ cātarides. ℭ Medicamē de
Medicamen de cantaridibus. cantaridibus secretū ꝛ vocat̄ medicina florenti. ℞. metrida
ti. ʒ. ij. balsami. ʒ. i. pulueris. ʒ. cātaridaꝝ in forti aut triū in
qb⁹ abiecta sint capita ale ꝛ pedes ꝛ misceant̄: ꝛ sūt dos. i.
ℭ Elm Gord. validū corpe mūdificato. ℞. cineris scorpio
nis. ʒ. ij. cātaridaꝝ abscisis capitib⁹ alis ꝛ pedibus. ʒ. i. san
guinis yrci cineris vitri cineris radicū caulis nō trāsplāta/
ti cisris caude tremule cineris testaꝝ oui. añ. ʒ. iij. lapidis
iudaici lapidis spōgie lapidis iuēti in felle bouis cypi dau
ci cerui seminis altee gūmi arab. seminis saxifragie milij so
lis sisileos carpob. xilob. capil. ve. q̄tuor seminū frigidoꝝ
añ. ℥. i. ↄficiant̄ cū melle dos. q̄ītū due auellane mane ꝛ se/
ro cū decoctione cretani ꝛ tribuli marini. ℭ Medicamen
ꝓuocās nō fallēs: ꝛ est Haly. ℞. fenugreci cap. ve. ceterach
ciceꝝ nigroꝝ ꝛ croci. añ. bulliāt i aq̄ que potui det̄. Dixit
Macer. ꝙ nullū vtilius medicamen esse credit̄ q̄ꝫ hoc. ℞.
millefol. betonicā ꝛ verbenā pari pōdere ꝛ aq̄ mixta potē/
tur. ℭ Medicamē bonū: ꝛ vt dicūt expertū ad lapidē ꝛ dif/
ficultatē vrine. ℞. cinerez corticū auellanaꝝ ꝛ misceat̄ bn̄
cū gūmi amig. ꝛ ex his sic mixtis. ℞. ʒ. i. ꝛ misceat̄ cū q̄rta
parte sui ex litōtripon: ꝛ cū vino calido bibat̄. ℭ Gēti. elm
ꝓseruās a gn̄one lapidis ꝛ gn̄atū ↄfringēs. ℞. cinamomi
xilob. seminis anisi fenic. macedonici milij solis saxifragie
seminis sparagi liqr. cassieli. añ. ʒ. ʒ. ↄfice cū melle vel zuc/
caro. dos. ℥. ʒ. cū vino subtili i ieiuno. ℭ Alb. bonon. pul
uis faciēs vrinare velociter ↄfrēs in lapide ꝛ arenulis. ℞.
seminis anisi apij feniculi petro. añ. ʒ. i. seminis vitice. ℈. ʒ.
milij solis saxifragie. añ. ℈. ij. cordumeni gētiane. añ. ʒ. ʒ. te
re subtilr̄ adde zuccari ad pōdus oium. dos. coclear. i. cū
vino subtili bis in hebdō. ℭ Dixerūt qdā. tolle sanguinē
yrci epar pulmonē renes ꝛ testiculos priapū ꝛ itestina eius
ꝛ tere ea sil: ꝛ fac īde salsiciā in grosso itestino eius ꝛ coque
ꝛ da ex ea ad comedēdū ꝛ videbis mirabile. s. ꝙ si ifirmus
hēat anulū in manu sua post comestionē triū boloꝝ dicte
salsicie statiꝫ lapis de anulo saltabit ꝛ statiꝫ mingere q̄ret.
ℭ Syrupus cōminuēs lapidez. ℞. succoꝝ rafani saxifra/
gie depuratoꝝ q̄ītitatem quā volueris: ꝛ adde de zuccaro
q̄ītū sufficit ꝛ decoque ad ꝑfectionē. dos. ℥. iij. cū tātundē
aq̄ sublimate ex verbena marie vꝫ in lapide renū. ℭ Syru
pus alius valēs ēt ad lapidē vesice. ℞. radicū apij fenic. pe
tro. añ. M. i. ꝛ seminū coriādez. añ. ʒ. ʒ. milij solis. ℥. ij. saxi
fragie viridis. ℥. i. ʒ. semis endiuie ꝛ lactuce citruli ꝛ cucu/
meris. añ. ℥. ʒ. ameos amomi. añ. ʒ. ij. ciceris ipatoris siue
siluest. cicoree scolopē. añ. M. i. polipodij. ℥. vi. icidant̄ ra
dices frustatī: ꝛ herbe silr̄: ꝛ pistent̄ i mortario cū semib⁹
ꝛ cū pistata fuerit oia grosso mō bulliāt in. ij. lib. vini albi
subtilis ꝛ. ij. lib. aq̄ sil mixtis tādiu ꝙ medietas sit ↄsūpta:
postea colent̄ ꝛ optie exprimant̄: postea tota coladura diui
dat̄ p mediū: ꝛ i vna medietate ei⁹ ponat̄. lib. i. mell' ꝛ syru
pet: ꝛ i alia medietate ponat̄. lib. ʒ. zucc. ꝛ. ʒ. i. ʒ. cātaridaꝝ
ablatis capitib⁹ alis ꝛ pedib⁹ puluerizataꝝ: ꝛ dimittat̄ bul
lire aliq̄ītulū ꝛ colet̄: ꝛ de isto i quo sunt cātarides sumat i
aurora de 4° i 4^m vel de 6° in 6^m die: ꝛ citi⁹ ꝛ tardi⁹ ſm ꝙ
videbit̄ expedire. ℥. i. ʒ. cū. ℥. iij. decoctōis feni. petr. ꝛ alijs
dieb⁹ itermedijs sumat de alio syrupo supradicto i quo est
mel silr̄ cū dicta decoctione: hec eni medicina opat̄ in lapi
dē vesice nō ↄfirmatū: ꝛ post duas sumptiones vel tres re/
mouet fricationē circa testiculos ꝛ loca ꝓxima quas facit
eger pre dolore cū mingit ꝛ mitigat dolorem. Et est hoc si/
gnū ꝙ lapis nō est ↄfirmatus. Si aūt nō mitigat̄ lapis cō/
firmat⁹ est. ℭ Syrupus alius bon⁹ ꝛ vtilis. ℞. milij solis
amomi seminis citri semis sparagi brusci apij fenic. petro.
anisi. ameos dauci sileris saxifragie ꝛ ozimi. añ. ℥. i. semis
endiuie lactuce melonis citruli ꝛ cucume. añ. ℥. ʒ. viol. ca
pil. ve. scolopē. verbene betonice paritarie floꝝ camomille
seminis malue ꝛ altee. añ. M. i. enule acori radicū rafani ꝛ
radicū. v. coium. añ. ℥. i. polipodij. ℥. ij. assari squinanti cor

ticū capparis costi gētiane folij celtice. aā.ʒ.ij.cypi.℥.ß.pi
peris. ʒʒ.cinamomi spice.aā.ʒ.i.triturent̄ grosso mō que
triturāda sunt ꝛ radices incidant̄ ꝛ infundant̄ in aqs sub
limationis camedreos yꝑatelle saxifragie verbene ꝛ pari
tarie.aā.lib.ij.ꝛ dimittant̄ sic ꝑ diē ꝛ noctē:postea coquā
tur lēto igni donec medietas sit ꝯsumpta:tūc ab igne dpo
nant̄:ꝛ cū ceperint īfrigidari manibus in ipsa decoctiōe fri
cent̄ ꝛ colent̄.ꝛ cū lib.iij.zuccari.ꝛ.℥.iij.aceti sqlllitici fiat
syrupus clarificatus:in quo circa finem decoctionis po
natur.ʒ.vi.pulueris cātaridarum amotis capitibus alis ꝛ
pedibus.ꝛ.ʒ.vi.pulueris cicadaꝝ silr̄ preparataꝝ ligati in
petia rara:que sepius exprimat̄ dos.℥.ij.cū aq̄ camedreos
verbene ꝛ saxifragie.aā.ʒ.i.ꝙ si fortius opari nece fuerit:
exhibe cū eo.℈.i.pulueris leporis:aut caude tremule.Sy
rupus alius subtiliatiuus incisiuus aptiuus ꝛ frāgitiuus
lapidis.℞.corticū radicū capparis ꝛ radicū apij ꝛ corticū
radicū rafani.aā.℥.i.enule sqlle dauci ꝛ petro.aā.℥.ß.zuc
cari.lib.i.aceti.℥.iij.ꝛ fiat syrupus. ⁋Decoctio valēs i lu
bricatione lapidis ꝓuocatione ꝛ doloris sedatione. ℞.iu
subaꝝ sebesten caricaꝝ albaꝝ.aā.partē.i.ligri.capil.ve.se
minis altee apij ꝛ fenic. polij tribuli ꝛ ameos.aā.partē.ß.
decoque hec oīa in lib.iij.aq̄ donec redeat ad lib.i.tūc co
la ꝛ da ex ea.℥.iiij.cū.℥.ß.syrupi aceto. ⁋Fuerūt aūt qdā
qui ꝑmiscēt frāgitiua lapidis ꝛ ꝓuocatiua eius cū soluti
uis vētris. Et de hmōi sic cōpositis est ꝯfectio filātropos:
ipsum enī cū dat̄ soluit vētrē:lȝ leniter ꝛ ꝓuocat vrinā dis
soluēdo lapidē. Et vsus hmōi medicaminis est vt statī cū
incipit dolor fiat clystere eductiuū fecū ꝛ vētositatis: ꝛ eo
emisso ꝓuocet̄ vomitus:ꝛ post vomitū exhibeat̄ medica
men hmōi spacio vnius hore vel duaꝝ: nihil bibēdo:aut
paꝝ vini cū calida. ⁋Isti cōposuerūt elm qd̄ vocauerūt elm
saluatoris:qd̄ mox in nocte vna tollit dolorē ſm plim si su
mat̄ ordine supradicto:qd̄ sic fit. ℞.nardi.ʒʒ.piperis albi ꝛ
nigri gari. cinamomi piretri. aā.ʒ.i.saxifragie carpobal.
carui macedonici milij solis seminis brusci cardamomi
macis galāge seminis sparagi hermod. aā.ʒ.vi.dyagradij
℥.iij.turbit polipodij.aā.℥.ij.ß.croci.ʒ.iij.ambre.ʒ.ij.zuc
cari q̄ȝtū suff.fiat elm cū aq̄ sublimationis saxifragie q̄ȝtū
suff.ad distēperandū zuccarū.Et dixerūt. nō tereat quē q̄ȝ
q̄ȝtitas dyagredij:qm̄ acqrit in hoc eīo dispōnes laudabi
les ꝛ mirabiles. ⁋Clystere aūt qd̄ oȝ premitti sic fit. ℞.
brāce vrsine mercurialis malue.aā.M.i.rute paritarie ca
lamēti.aā.M.ß.caricas.x.nu°.serapini.ʒ.iij.surfuris par
tē.i.decoquant̄ optime:ꝛ in colatura ponat̄ mellis crudi
aā.℥.i.ß.bñdicte.ʒ.i.olei camo.anetini ꝛ liliacei.aā.℥.ij.ꝛ
post emissionē inde ad duas horas vel tres fiat vomitus:ꝛ
post vomitū:vt dictū est:sumat̄ elm:post opationē electua
rij mitiget̄ dolor cū spōgia īfusa in decoctione anodinoꝝ
postea inungat̄ cū vng°:qd̄ sic fit. ℞.serapini oppopona
cis bdelij acori. aā.ʒ.i.adipis anatis.ʒ.iij.olei de aneto ꝛ
de lilio de scorpionibus ꝛ de terbentina.aā.℥.i.ꝛ fiat vn
guentum cum pauca cera.

Decoctio valens ad lubricādū lapidē ꝛ sedationē eius doloris.

Clystere qd̄ oȝ premitti anq̄ exhibeatur vslapidem frāgentia.

De cura ꝑ extrinsecus approximata que maxime iu
uāt ad facilitādū exitū lapidis. Dixit Sera.
qñ scimus ꝙ lapis est in renibus fixus in loco vno nō opȝ
vt presumamus sup extractionē lapidis:neq̄ȝ sup mūdifi
cationē eius vel humoꝝ grossoꝝ ibi ꝯtētoꝝ cū medicinis
ꝓuocātibus vrinā aut frāgētibus lapidē:nisi in primis le
niamus ipsuȝ adhibēdo vaporationes ꝛ empl'a cū ceroto
mollificatiuo. Cū hoc tñ opȝ vt haꝝ reꝝ.s.leniētiū ꝛ mol
lificātiū administrationē facias cū vehemēti cautela:qꝛ nō
opȝ vt administratio reꝝ que mollificāt ꝛ leniūt multipli
cet̄ vt nō dissoluat̄ vtus mēbri:ꝛ nō possit expellere a se il
lud qd̄ in ipso est extraneū:aut elōgare ipsum a se:ꝛ opȝ ēt
vt nō tardet̄ in illo:ꝛ ꝓprie si declarat̄ tibi ꝙ aliqd de mā
ꝑuenit ad mēbꝝ ex humore malo in corpore aut mēbro ali
quo in quo sit aliqua egritudo cum mā:sed si lapis non est
retētus in loco vno:sed currit de vno loco ad aliū:ꝛ nō cur
rit ad mēbꝝ lesum aliqd de mā:tūc cōpetit vaporatio cum
spōgijs infusis in aq̄ ꝛ oleo. Et inunctio cū cōpressione for
ti cū eo ꝙ narrauimus:ꝛ ſm hanc formā est ēt effusio olei
rutacei sup loco post q̄ȝ nūcet̄ in eo galāga ꝯtrita ꝛ camo
milla. Et si est illic aliqd ex frigiditate vehementi misceat̄
cū eo castor̄. Et ꝯfert empl'm factū ex ordeo decocto cū ce
reno ꝛ aggregato cū oleo camomellino. Aut factū cū fari
na tritici cū aq̄ oleo sisamino ꝛ sale:qꝛ ꝯfert iuuamētū ma
gnū. Et opȝ vt ꝯtinuet̄ mutatio empl'i hora post horaȝ ꝛ
aggrega:ꝛ nō īfrigidet̄. Aut calefaciamus ipsuȝ exterius
donec remaneat calitas in ipso dū stat sup loco. ⁋Et ad
ministrent̄ ista empl'a inūctiones vaporationes ꝛ effusio
nes oleoꝝ sup stricturā dorsi ꝛ loca vacua ventris ꝛ ylia ꝛ
pecten:qꝛ qñ ista loca mollificant̄ ꝛ dilatant̄ meatus qui
sunt in eis est leuius egressioni lapidis qñ expellit̄ cū vir
tute medicinaꝝ purgātiū vrinā. ⁋Et Ras.dixit in diuis.
hora cōmotionis.s.doloris.s.ingrediat̄ tinā ꝛ inūgat dor
suȝ ꝛ ylia cū oleo achaysim tēperata inūctione. ⁋Et Aui.
dixit.in hoc regimine opȝ attēdere in preparatione lapidis
ad hoc vt eleuet̄ a loco suo ꝛ patiat̄ a medicinis cū facili
tate lubrificationis sue ad inferiora ꝛ exitus. Et ad hoc fa
ciēdū opȝ vt administrent̄ olea mūdificātia.al's.mollificā
tia ꝛ est melius inūgēdo cū fricatione vt adiuuet fricatio
ad penetrationē oleoꝝ. Et ꝯsilr̄ administrent̄ embroce em
pl'a cerota fomētationes ꝛ balnea ꝛ tina mollificātia:verū
tñ opȝ vt ista mollificātia administrent̄ cū q̄ȝtitate que nō
mollificet virtutē ꝛ debilitet expulsiuā:qm̄ ꝛ qñq̄ȝ ex mul
to vsu mollificātium currit ad mēbꝝ mollificatū additio
māe. Facta aūt mollificatione sufficiēti ꝛ nō supflua:tunc
bibat̄ medicamē eradicās lapidē vt facilis fiat sup ipsum
eradicatio ꝛ extractio. Et dixit Aui. pro ꝯseruāda virtute
opȝ vt administrent̄ cū mollificātibus ꝯfortātia ſm can
onū ꝛ ꝓprie cū nō est in ꝯfortātibus ꝯrietas plima ad in
tētionē que est in resolōne.i.mollificatione. Deinde dixit
Aui.stringat̄.s.manu vel fasia mediū.s.vētris ꝛ alkatin.ꝛ
yliū ꝛ pecten vt dilatet̄ meatus desup:aut fricet̄ cū manu:
ꝛ deindē det̄ in potu medicamen cōminutiuū lapidis. x°
tñ ꝯtrā.dixit Ras.melius erit si dant̄ frāgitiua lapidis ol
die post ingressum balnei. Qd̄ cū sumptū fuerit medica
men cōminuēs in potu.dixit Aui.ꝯñr adhibeant̄ diureti
ca:tūc.s.cū extimaueris ꝙ illud medicamen suam ꝑfecerit
opationē:vt qd̄ cōminutū est educāt:ꝛ nō est malū:tunc di
xit. A.vt bibat̄ ēt tūc cassiafi.cū oleo amig.ꝛ succo aliquo
viscoso q fit cū succis diureticis in qbus sunt viscositas ꝛ
lubricatio:qꝛ facit lubricare lapidē.s.cōminutū:ꝛ aliqñ ēt
itegꝝ. Dixit Alex.radix curatiōis lapidis fit ꝑ balnea ꝛ pl
lā ꝛ vnctionē flācoꝝ cū ol'.camomille.ꝛ balneari oȝ in die
ꝑfice.ꝛ oȝ potare res frāgētes lapidē ꝛ res lenificātes dū
fuerit i balneo. Et empl'a fiāt de furfure distēpato in deco
ctiōe camo.in die qetis a pila. ⁋Dixit Ras.i diuis.ꝙ mol
lificātia vt oleū amig.ꝛ decoctio maluaꝝ pñt dari añ exhi
bitionē frāgentiū lapidē ꝛ ēt post.sup.ꝛ ꝯsilr̄ ab eis appro
xiari. Et dixit.ꝑcipiat̄ ei ꝙ saliat post illud.s.post assūptio
nē mollificātiū ꝛ frāgētiū lapidē:aut descēdat de gradu ad
gradū. Dixit Ser.vētosa vacua.i.sine scarificatione qñ po
nit̄ sup loco ꝑmutat lapidē stati ꝑmutatiōe laudabili:ꝛ se
dat acuitatē doloris:opȝ ḡ vt in initio.s.appōnis ei⁹ vl po
nat̄ vētosa ꝓpe renes:deīde post illō faciam⁹ descēdere eā
paulati ꝛ dirigam⁹ eā ad iferiorē ptē ꝛ aduersus grauitatē
s loco i quo sentit ifirm⁹ dolorē. Et. A.ponēs vba Ser.ē.
posita dixit.ex illis q̄ ꝯferūt post mollifi^{um}.aut cū est excu
satio a mollificatione ꝑp illō qd̄ scis de lapide moto iā de
loco suo:qñ.s.nō est vtēdū mollificatiuis:sed ꝓuocātibus
que educāt ipsum sunt vaporatiōes cū spōgia ꝛ sibi silib⁹:
vt filtro īfuso in aq̄ ꝛ oleo.s.cōi calidis:aut cū pāno ꝛ fur
fure.i.cū furfure icluso i pāno lineo. Aut ꝯferūt empl'a ca

Ventosa ꝑposita sup loco ꝑmutat lapidē stati ꝑmutatiōe laudabili.

lefacientia

lefacientia ꝛ viscosa cum oleis calefacientibus: sicut de ruta ꝛ de castoꝛ. fortius opanť q̃ʒ fometatio ꝛ calefactio supradicta: opʒ tñ vt ꝯseruet caliditas emploꝝ: ꝛ hoc vel renouādo ea sepe: vel supponēdo tegulas calefactas eis. Qꝫ si predicta nō suffecerint ꝛ nō fecerint lubꝛicare ꝛ descēdere lapidē: ꝛ sint necēia fortioꝛa: tūc dixit Aui. ponanť vētose vacue sub lapide. i. sub loco lapidis: ꝛ nō sup eo: ꝛ ideo opʒ poni vētosa non sup loco doloꝛis: sed sub eo. Et sit capō doloꝛosa ꝛ cū multo igne: vt attrahat lapidē: ꝙ si attraxerit ipsum: ponanť tūc vētose ab illo loco ad illū qui est sub eo ad inferioꝛa: ꝛ suspēdať ibi inferius vt attrahat lapidē ab illo loco ad inferioꝛa. Et siľr fm gradationeʒ opʒ descēdere ab eo paulatim ad inferius ponēdo vētosas. Uerumtñ in hac pōne vētosaꝝ opʒ obseruare obliquationē emūctorioꝝ. i. poroꝝ vrinidū. Nō enim recte descēdūt a renibus: sed oblique ab eis ꝑueniūt ad vesicā. Cūqꝫ descēderit lapis ad vesicā. i. in eam cessat doloꝛ. ¶ Et dicit Auic. q̄nqꝫ motus ꝛ exercitiū ꝛ eqtatio sup aial iquiete incedēs vt equū troctātē: aut sup currū vehi sufficiūt. Et siľr descēsus p gradus scalaꝝ. Et vt dicūt qdam. saltus sup vno pedū ꝛ ꝓprie sup pede sequēte lapidē: hec enim oia adiuuāt ad descēsum lapidis: que maxime fieri debēt postq̃ʒ administrate fuerint inūctiones ꝛ alia supꝛadicta. Qꝫ si egeť foꝛtioꝛibus empl̄is ꝛ alijs extrinsecis q̃ʒ sint supꝛadicta: tunc dixit Raſ. in diuiſ. emplastrenť cathin ꝛ ylia cū arthetica cartamo ꝛ fenugreco semine caulis ꝛ coꝛtice radicū capparis decoctis. s. in aq̃ vel vino fm dispōnem. ¶ Aliud vtile ℞. succoꝝ senationū ꝛ paritarie ꝛ olei nardini muscellini ꝛ de scoꝛpionibus. añ. ꝛ pone in eis puluereʒ cypꝛi ameos ꝛ eufoꝛbij ꝛ cimices plures ꝛ scarabeos: ꝛ bullire fac ad succoꝝ ꝯsumptionē: postea cola ꝛ cū parte eius fac inunctionē: ꝛ cū alia parte misce duos vitellos ouoꝝ in aq̃ coctoꝝ: ꝛ adde in eis puluerem lapidis iudaici vel spongie: ꝛ cuʒ hac parte si lapis est in vesica emplastra pecten ꝛ virgam: ꝛ si est in renibus renes.

De intentione

ad accñtia. Dixit Raſ. xº ꝯti. ex 6º epyd. excitať aliqñ doloꝛ vehemēs ex repletione venaꝝ ad sanguinē: cuius signū est ꝙ erit doloꝛ vehemētioꝛ cū vacuitate stōi ꝛ intestinoꝝ. Et ꝙ regimen preteritū fuerit ḡnatiuū sanguinis: vñ minue eos: qꝛ inde mitigabiť maioꝛ pars doloꝛis. ¶ Dixit Sera. foꝛtasse sentiūt infirmi doloꝛē in illis qñ attrahiť lapis ꝑ suas vias vrine: ꝛ ꝑꝑ magnitudinē suā ꝛ suā aspitatem non pōt ꝑtrāsire in eis: imo teneť ꝛ stat in eis: ꝛ facit accidere doloꝛē vehemētē: opʒ ergo vt sedemus doloꝛē vehemēteʒ ꝛ administremus sessionem in aq̃ fenugreci altee aneti ꝛ camomille cū qua ꝑmixtū est oleū vt sedeť doloꝛ ꝛ allieuieť lapidis descēsus. ¶ Et. A. dixit. qñ cōmoueť. s. lapis: ꝛ ꝓprie apud vesicā ꝑꝑ magnitudineʒ eius: aut ꝑꝑ dētes. i. ramos in ipso ꝛ fracturā rasicationis ꝛ asperitate excoꝛiātē efficit doloꝛē vehementē: q̄nqꝫ pose est vt sit cū balneo ꝛ tina sedatio eius. Cum tñ supfluūt. s. balneū ꝛ tina mollificāt. s. ꝛ debilitāt mēbꝛa ipsa: qꝛ redit doloꝛ vehemēs post horam. ¶ Dixit Gal. vt ostēdiť xº ꝯti. directa cura est ꝙ incipe de hes qñ excitať doloꝛ cū pilla ꝛ fricatione flāci ꝛ veretri cū oleo ꝛ aq̃ tepidis vt larga fiāt ꝛ ꝓprie veretrū: qm̄ si sic factū fuerit erit magis ꝯueniēs ꝙ nō retineať in eis: ꝛ neqꝫ in veretro. ¶ Et ex mitigātibus doloꝛē vtilibus est fometare locū cū filtro vel spōgia infusa in decoctione camomille meliloti altee ꝛ fenugreci ꝛ aneti: ꝛ post ungaťlocus cū oleo de aneto ꝛ de scoꝛpionibus. ¶ Aut cū vnguēto hoc qd̄ ꝯfert in dispōnibus frigiditatis. ℞. serapini bdelli opoponaci. añ. anť. ij. adipis anatis. ʒ. iiij. terbentine. ʒ. i. s. ꝛ cōponanť. ¶ Aut fiat empl̄m hoc. ℞. rute viridis. M. i. vel seminis eius. ʒ. i. cimini baccaꝝ lauri. añ. ʒ. ij. teranť ꝛ cū melle ꝛ fiat empl̄m: ꝛ eʒ eni vtiľr cū ibi admixta fuerit vētositas. ¶ Et solis paritaria calefacta sup tegula irrogata aceto posita sup loco dolenti tollit doloꝛem in dispōne media. ¶ Ungm̄ aliud vtile. ℞. in dispōne frigida olei liliacei keyrini vulpini ꝛ adipis vulpis. añ. cere modicū. ¶ Aliud vtile in dispōnibus calidis. ℞. olei amigd. dul. camomille aneti mucillaginū altee seminis lini fenugreci. añ. ʒ. ij. butiri recētis adipis anatis galline ꝛ poꝛci recētiū ꝛ cere albe añ. ʒ. i. ¶ Empl̄m ad idem ꝯueniēs. ℞. radices euisci tassi barbassi capil. ve. recētis camomillā ꝛ decoque cū oleo de camomilla: fac empl̄m. ¶ Dixit Sera. si doloꝛ sedať cum vapoꝛationibus ꝛ alijs: tūc opʒ vt mēsuremus ꝛ ponderemus inter intētiones ꝛ horā administrationis eaꝝ mēsuratione artificiali donec si ꝓlongeť doloꝛ ꝛ ꝑseuerēt ꝓlōgemus ꝛ nos administrationē supꝛadictoꝝ sedātiū doloꝛeʒ. Et si ꝓlongaťdimissio doloꝛis: tūc fm q̃ʒtitatem dimissionis illius redimus ad administrationē medicinaꝝ lapidē frāgentiū ꝛ ꝓuocātiū vrinā donec egrediať lapis. Si tñ cū curať lapis cū istis medicinis ad lapidē multiplicaťdoloꝛ tūc rectius est dixit Aui. vt abstineať ab illis. ¶ Dicūt qdā ꝙ aq̃ dactiloꝝ frequēter bibita doloꝛem nefreticoꝝ sedat. Et dicūt vltimū foꝛe dare in potu succū arnoglose turbidū: sicut expꝛimiť in q̃ʒtitate ciati vnius cal'm: naʒ dicūt ꝙ subito sedat doloꝛē a lapide vel a renulis cātuʒ. ¶ Et dixit Aui. de illis que iuuāt in hac hoꝛa. s. foꝛtitudinis doloꝛis est administratio vomitus: qꝛ diuertit ꝛ minoꝛat māis coartātes lapidē: ꝛ q̃re ꝓuoceť in dispōne replōnis: ꝛ aliter nō. Nā tūc foꝛtasse nocet trahēdo lapidē ad supioꝛa: ꝛ retinēdo ꝛ ꝓhibēdo ipsuʒ a descēsu ipsius. ¶ Dixit Aler. clysteriza cū lenibus mitigatiuis doloꝛis ex decoctione fenugreci furfuris malue ꝛ oleo camomillino. Et si fuerit illic calitas vehemēs tūc ordeo excoꝛticato ꝛ viol. ꝛ malua: ꝛ sco surfure ꝛ camomilla: qm̄ dixit Auice. in lenificatione nāe est alleuiatio ꝑīma: ꝛ sedatio doloꝛis. Uñ dixit Sera. si restringať nā opʒ vt solliciti simus in lenificatione eius ꝛ vt nō ꝑueniat infirmus ex difficultate doloꝛis lapidis qd̄ teneť in vijs vrine ꝛ in vesica ad difficultatē vehemētem ꝛ sincopim ꝛ penā laboꝛiosam pꝛe duritie lapidis. Et ponamus solōnē eius p clysteria: qꝛ illi infirmi nō tolerāt administrationē medicinaꝝ solutiuaꝝ. Uñ dixit Aui. in hoc casu nō est senita ad administrandū catarticū: qm̄ ledit ꝛ nocet p id qd̄ facit descēdere desup. Lenificeť ergo nā clysteri vel suppositoꝛio. Uerumtñ suppositoꝛiū dixit Auic. est amicabilius mihi. Et si administreť clystere nō sit magnū. i. multe q̃ʒtitatis qd̄ coartet: ꝛ doloꝛem faciat. Et ꝓpterea suppositoꝛium est melius. Clystere tñ cū in eo ponunť adipes ꝛ vnctuosa: vt bꝛodiū pulli: ꝛ virtutes mollificātes facit cū lenificatione vētris lenitatē: ꝛ frāgit doloꝛē: ꝛ adiuuat ad extractionē lapidis. Dixit Sera. sit clystere ex lenibus in qbus effundiť oleū sisaminū ꝛ adeps galline recēs aut sile: qꝛ mollificāt coꝛpoꝛa: ꝛ ampliāt poꝛos eoꝝ ꝛ cursus eoꝝ. ¶ Clystere ꝯueniēs sic sit in dispōne frigida. ℞. fiicle mercurialis altee camomille caricaꝝ fenugreci. añ. decoque: ꝛ adde cassiā ꝛ mel ꝛ oleū amig.: ꝛ adipē anseris vel anatis ꝛ sal. sed si adesset pūctio ꝛ acuitas: extolle violariā ꝛ maluā oꝛdeū mūdū semen lini caricas ꝛ fenugrecū ꝛ decoque ꝛ adde cassiā ꝛ mel violaceū adipē galline butiꝝ recēs ꝛ oleū amig. dul. sedat eni doloꝛē ꝛ iuuat ad descēsuʒ lapidis. ¶ Dixit Sera. si cognoscis ꝙ cum lapide sit vētositas grossa retēta que addit in doloꝛē: tūc cōmisce cū medicinis que ꝯueniūt lapidi medicinas que soluūt vētositatē: sicut rutā ameos anetū anisū ciminū charuī nigellā ꝛ silia. Et ē pose vt qñ ꝑmisceanť ista ꝑmisceamꝰ cū eis farinā decoctā ꝛ faciamꝰ ex eis empl̄ʒ. Et est pose ēt vt decoquanť ista cū aqs ꝛ oleis cū qbꝰ rectificanť empl̄a que dixius. Et vt demus ēt ea ad bibēdū cū gelēiabin de melle. Et dixit Ser. mel cū aq̃ dulci in iceptione sedat doloꝛē accñtē ꝑꝑ lapidē i renibꝰ ꝛ vesica. sʒ post paululū fit foꝛtis ꝛ difficilis doloꝛ: ꝑlꝰ ꝛ coꝛroboꝛať: qm̄ mel cū aq̃ calafa mollificat mēbꝛa lesa

[illegible] fiāte reple xiōe multa aliter de [illegible]

propter illud ergo qñ volumus administrare hoc: opꝫ vt administremus illud cũ cautela vehemẽti in eo qđ est iter dies cũ embrocis factis cũ oleis de ꝓprietate: quoꝝ est vt seruẽt virtutẽ in mẽbro: sicut est oleũ de lilio ⁊ de alchãna qñ coquet̃ in eis vtrisq; spica. ⸿ Dixit Sera. si dolor est vehemẽs ⁊ non quiescit ꝑ administrationẽ predictoꝝ redimus ad res que sũt cũ corticibus papaueris iusquiamo ⁊ opio: ⁊ miscemus ex eis in emplis deforis. Et damus ẽt in potu ex medicinis lenitiuis cõpositis in qbus cadunt iste medicine: sicut filoniũ ⁊ filia. ⸿ Et Aui. dixit. si dolor fuerit ex illis qui nõ remouent̃ penitus: tunc nece est dare in potu narcoticũ: ⁊ tyriacã non antiquã: sed ad nouitatẽ declinantẽ in qua est adhuc virtus opij remanẽs: nã pluribus ꝓfert modis. s. ex parte tyriacitatis: ⁊ ex parte ꝓuocationis: ⁊ ex parte cõminutionis lapidis: ⁊ ex parte stupefactionis doloris. Et administramus stupefaciẽtia ſm regulam dictã in exhibitione eoꝝ que est incipe a leuiori. ⸿ Et qñq; dixit Aui. adiuuat in diebus. s. aliqbus. s. ad dolorẽ vẽtositas in renibus: aut in intestinis coarctãs lapidẽ: qre opꝫ vt tũc intẽdat̃ ad ea que frãgũt vẽtositatẽ: sicut ad rutã ⁊ alia supradicta dãdo ex eis in potu cũ aq̃ mellis ⁊ ponẽdo in clysteri: aut in emplis vel cerotis. ⸿ Dixit Aui. cũ videris inflãmationẽ. s. vẽtris ex retẽtione vrine ꝓuocabis tũc. s. vrinã. ⸿ Et Ras. dixit in diuis. qñ sequtur lapidẽ minctus sanguinis curat̃ sicut inferius in suo cap° dicet̃.

⸿ Dixit Aui. lapis vesice idiget medicinis fortioribus q̃ lapis renũ: q2 vesica est frigidior: ⁊ q2 est lõginquior: ⁊ q2 lapis eius est vehemẽtius ꝯfirmatus ex vehemẽtia coagulationis: ⁊ factus est durior ⁊ minus patiẽs a medicinis. Et succus lumiaꝝ sumptus ⁊ ẽt iniectus in vesicã est fortis in frãgendo ipsum: vel in mollificãdo ipsum vt obediẽs fiat actioni medicinaꝝ. Et succus herbene dicũt qdã iniectus sepe in vesicam est potẽs in fractione lapidis eius: cuius signũ est q2 succus eius positus de sero in mortario lapideo mane fractũ inenit̃. ⸿ Et sanguis vulpis recẽs tẽperatus cũ vino albo frãgit lapidẽ vesice. Dicũt qdã. q2 si lapis in sanguine vulpis ponat̃ dissoluit̃: vꝫ ẽt ab extra inunctus dũ adhuc est calĩus pectini ⁊ circũstantiis. Et plus vꝫ iniectus in vesicã. Ego aũt feci in puero frõtis fieri cũ eo calo fricari sup pectine eius q̃diu ꝑmansit sanguis ille calĩs: ⁊ dissolutus fuit lapis vesice eius: ⁊ minxit vrinã turbidã: ⁊ liberatus fuit. ⸿ Dixit Haly. sume vitri qđ nunq̃ fuit in vsu vsti ⁊ calculi spõgie ⁊ lapidis iudaici. añ. ʒ. i. scolopendrie gũmi prunoꝝ. añ. ʒ. ij. dos. ʒ. ij. cũ squingibin. ⸿ Dixit Ras. in diuis. medicamen frãgẽs lapides sua ꝓprietate mirabili. ℞. cineris scorpionũ lapidis spõgie. añ. partes. i. dos. ʒ. i. cũ vino albo subtili. ⸿ Et dixit x° ꝯti. medicamẽ frãgens lapidẽ in vesica. ℞. vitꝫ albũ ⁊ trita cũ: ⁊ extrahe eũ ꝑ cindetũ: ⁊ assa cũ cũ clibano ꝑ ignem violẽtũ pluries: deinde. ℞. ex eo. ʒ. x. ⁊ de scorpionibus vstis. ʒ. v. ⁊ de seniculo ⁊ sãguine yrci. añ. ʒ. i. ⁊ de fimo colũbi. ʒ. iij. ⁊ de dauco. ʒ. v. aggregent̃: ⁊ det̃ eis in potu. ⸿ Dixit Alber. ℞. succi tassi barbassi. lib. i. gũmi cerasi gũmi pini gũmi pisci. añ. ʒ. iiij. misceant̃: ⁊ in q̃tuor diebus sumant̃. Et dixit. ℞. cardamomi. ʒ. i. corticũ radicum lauri. ʒ. ij. puluerizat̃ ⁊ detur cũ vino. ⸿ De iniiciẽdis aũt in vesica per siringiam est oleũ de scorpionibus. Et balsamũ in eã iniectũ lapides in ea frãgit. ⸿ Dixit Ras. xi° ꝯti. de cura cõpendiosa: vtilior cura erit ꝑ frequẽs balneũ factũ quolibet die bis aut ter. Et balneũ fit dixit Almã. tina in qua decocta sint folia caulã ⁊ filia. ale. sulla ⁊ berungat ⁊ mentastꝛ. ⁊ fimus colũbinus ⁊ medulla seminis croci ortulani. sup. ⁊ folia agni casti ⁊ capil. ve. ⁊ opꝫ vt ponant̃ in ea aliq̃ stiptica vt nõ superfluat mollificatio: ꝓp qđ dixit Sera. opꝫ vt sedeat infirmus in aq̃ in qua decocta sint anetũ mellilotũ camomilla semen altee fenugrecũ spica capil. ve. folia agni casti semen lini virga pastoris sãsucus ⁊ rose. Et fomẽtamus locũ cũ qbusdam oleis: ⁊ linimus linimẽtis que fiunt cum cera ⁊ adipibus. Et fortasse liquefacimus galbanũ ⁊ picẽ armoniacũ in qbusdam oleis ⁊ linimus cũ eis. Et melius qđ administrat̃ in his est bdeliũ de mecha. ⸿ Dixit Sili. in flãticis ⁊ pinguibus petroleũ iniectũ in vesica est potẽs: sed in colericis ⁊ extenuatis: ⁊ maxime calĩm nõ iniiciat̃ tañ tñ q̃ aliquid iniiciatur cum argalia in vesicam virga est mollificanda cum vnguentis.

⸿ Dixit Ras. in diuis. cũ medicatus fuerit ꝑ mensẽ cũ medicinis: imittendo ẽt oleũ de scorpionibus in vesicã ⁊ non alleuiat̃ ⁊ non egredit̃ in vrina arena: scias q2 lapis est durus planus nõ obediẽs fractioni: qre tũc opꝫ vt curet̃ cum ferro. s. ꝑ incisionẽ. Et non opꝫ vt dimittat̃ diu: qm̃ ꝑducit egrũ ad ethicam cũ assiduatione doloris. ⸿ Dixit Almã. cũ lapis magnus fuerit non est aliud remediũ: nisi vt locus incidat̃ ⁊ extrahat̃: vñ Sera. dixit. illis in vesicis quoꝝ generat̃ lapis magnus: ⁊ nõ sufficit in eis administratio medicinaꝝ frãgentiũ lapidẽ: opꝫ vt curent̃ cũ ferro. ⸿ Dixit tñ Misusan. x° ꝯti. noli scindere ꝓ lapide vesice: nisi prius biberit de aq̃ nãlis balnei: qm̃ in maiori parte lapidem cõfringit: qđ nisi hoc feceris nõ ꝓcedas ad scindẽdum. Ait Ras. dico nõ sunt equalia oĩa nãlia balnea in hoc: sed meliores sunt aq̃ sulfuree ⁊ salis armoniaci. Aluminose aũt in qbus dñat̃ stipticitas nõ sunt bone. ⸿ Fiẽda est ergo incisio cũ cautela. Naꝫ si facta fuerit ꝯ debitũ sequtur fluxus sanguinis: aut fluxus vrine frequẽs: ⁊ deficit inde gñio: qm̃ si scissio ceciderit sup vasa spmatica deficiet gñio: ⁊ si ceciderit in parte neruosa vesice nõ adherebit: ⁊ si ceciderit sup arteriã sequet̃ fluxus sanguinis. Qui tñ cognouerit ꝑ anothomiã loca predicta nõ errabit in incisione: ⁊ nõ sequtur aliqđ de predictis. ⸿ Dixit Sera. si accidat illuc apa ⁊ timeamus ex ipso timorẽ magnũ: tũc opꝫ vt administremus ꝑforationẽ in loco qui est inter testiculos ⁊ anũ ⁊ intromittamus in locũ ipsius cãnulã ⁊ faciamus vt currat vrina in ea. Et silr etiã qñ accidit expressio vrine ex ꝑcussione: aut re alia que ꝯsequtur ipsam donec ꝯhibet cãnula virge ⁊ attrahatur donec currat in ea vrina: tũc opꝫ vt ꝑforet̃ ⁊ dimittat̃ in loco cãnula donec sanet̃ illud qđ est in circuitu loci: ⁊ sit cursus vrine assiduꝰ ex ea: qđ est: q2 opꝫ vt administremus oĩ ingenio ea que ꝯtra sunt istis causis ex qbus timetur perditio viuoꝝ: ⁊ eligamus vt viuat homo in qualibet parte malis: ⁊ non moriatur statim subito.

⸿ Dixit Sera. si opilet os vesice aliqđ ⁊ nõ currit vrina ex eo: tũc opꝫ vt mittamus in foramine virge aliqđ qđ est intus equale ei in magnitudine. Et impellat̃ cũ eo donec expellat̃ illud qđ opilat ipsum. Sed añq̃ itromittat̃ opꝫ vt summergamus vereтꝝ in aq̃ calida ꝯcussa cũ oleo donec fiat introitus eius facilis absq; labore. Si ĝ ꝯtingat q2 lapis vesice vel q descẽdit ex renibus ingrediat̃ collũ vesice: ⁊ pre magnitudine sua vel situ trãsuerso nõ possit trãsire ꝑ vgã: neq; egredi: ⁊ remanẽs in illo opilet ⁊ ꝓhibeat̃ egredi vrinã ⁊ dolorẽ faciat opꝫ vt de collo remoueat̃ faciẽdo ipsũ redire in vesicã. ⸿ Dixit Gal. ꝑ de iterio. pueꝛ lapidẽ i collo vesice hñtẽ facies resupine iacere: ⁊ eleuatis pedibꝰ. s. cũ cruribus ⁊ coxis magis toto corpe hac illac moueat̃: tũc eñi fortasse lapis ille de vrine aditu egredit̃: ⁊ cũ sic feceris ꝑcipe vt exprimat se si posset mingere q2 si nõ: puer 2° ⁊ fortius cõmoueat̃. ⸿ Dixit Ras. x° ꝯti. cũ fuerit lapis i collo vesice expedit q2 iaceat ĩfirmus sup dorsuꝫ suũ ⁊ eleuent̃ eius pedes ⁊ ꝑcutiat̃ cũ vola manus sup radicẽ veretri postq̃ extẽsum fuerit vereтꝝ ad sursũ ⁊ sup alias ptes oẽs cũ violẽtia qm̃ remouebit lapidẽ de collo vesice. ⸿ Et. A. dixit. qñq; alleuiat illũ. s. difficultatẽ mingẽdi icuruatio lapidosi sup genua sua. Et qñq; alleuiat cũ cõmotio mẽbroꝝ suoꝝ adinicẽ. Et qñq; alleuiat̃ ꝑ itromissionẽ digiti in anũ ⁊ remotionẽ lapidis cũ eo a meatu. Et qñq; alleuiat̃ ꝑ figuras alias cõpressionis ⁊ expressionis ⁊ resupinationis ⁊ icuruationis

quas

Narcotica et stupefacientia: qñ ⁊ qño sint administranda.

Medicinẽ appropriata lapidi vesice.

Qñ sit extrahẽdus lapis vesice cũ ferro ꝑ icisionẽ ⁊ q2 fieri oꝫ cũ cautela

Quid ẽ faciendũ cũ sit difficultas vrine a lapide vesice igrediẽte collum eius.

quas experimentū inuenit. ¶ Cū aūt nō cōuenit istud ⁊ strāguria permanet. Dixerūt Gal. ⁊ Auic. ⁊ alij necesse est argaliā fieri .i. itromissionē siringe: ⁊ cum ea remoueaṫ lapis a meatu ad fundū vesice. Dixit tñ Auicē. q̄ si difficilis fiaṫ intromissio siringe meli⁹ est vt non elaboreṫ in itromittendo eā cum conanime. sup. sed fiāt alia supradicta. ¶ Et vt dixit Antilis. q̄ mingit iuxta has formas vna est: vt eqtet super aial nuduz .s. a sella extendēdo ventrē suū sup spinale eius duz fuerit plicat⁹. Alia est vt ponat genu sup genu restringēdo anhelitū ad se iuxta posse: vñ necessario collū vesice cogeṫ ad expellēdū lapidē retrorsuz. Alia est vt ponat vn⁹ pedez super patientē ⁊ cōprimat ventrē suū ad sursum ducēdo inferiora. Alia est vt ponat vn⁹ manus suas sub genib⁹ patiētis ⁊ appropinquet ea .s. genua ad pect⁹ suū: qm̄ cū his reb⁹ loc⁹ fiet exitui vrine sup eos. Et aliqñ dixit Almā. si ceciderit lapis in virgā ⁊ obstructionē fecerit: tūc aq̄ calida ab alto distillādo ei supfundaṫ donec rubere videatur: deinde oleū tepiduz guttatim superijciaṫ ⁊ fricet. Et si necesse fuerit ad exteriora fugaṫ: ex hoc enim mouebiṫ lapis ⁊ exibit. ¶ Dixit Ser. ingenietur ad egressionē ipsius ⁊ ipsius attractionē cum alchatir minuto .s. subtili. Dñt q̄dā. est instrm̄ subtile non rotūduz curtū: sed habēs aliquā latitudinē qd̄ imittitur p foramē virge cū ingenio. vt transeat inter supficiem virge itrinsecā ⁊ ipm̄ lapidem: ita q̄ ptranseat lapidē: postea leuiter cōmouēdo cuz eo lapidem inclinata virga moueaṫ lapis ad anteri⁹ donec exeat. ¶ Qz si lapilli fuerit magnitudo: aut fuerit angulosus ramosus vel exierit in latitudie: tunc necesse est. dixit Almā. vt virga fz lōgitudinē inferi⁹ icidaṫ ⁊ extrahaṫ. Dixit Theodosi⁹ qñ fit icisio fiat prius ligatio post lapidē .i. retro lapidem ne reuertaṫ retrorsum extendēdo pellez vsq̄ ad caput veretri ⁊ ligeṫ sicvt qñ virgā aperim⁹ conuertaṫ pellis ⁊ coopiatur vulnus. Dixit tñ Ser. ab hoc .i. ab hac incisiōe si nō est necessitas eius ꝯstringens ꝑpter alterationē suam super pditionē: opz vt abstineam⁹ ⁊ caueamus illud: nisi cogat nos res magna ⁊ labor difficilis: qz fm̄ plm̄ cōuertitur loc⁹ fissure q̄ est in cursu vrine in fistulatū: ⁊ ex ea exiet vrina. Dixit Ras. in diuisionib⁹. cū egrediṫ lapis in vrina tūc est incolume. Et plm̄ hoc accidit cuz lapis est lenis puus. ¶ Albumasui dixit. sabibasim est auis que sic vocaṫ in frācia: cui⁹ intestina coquanṫ ⁊ desiccētur postq̄ fuerint lota ⁊ coquātur paulatim ad confringēdū lapidem.

¶ De preparatione quarundam medicinaruz ingredientiū in cura lapidis. Cap. xix.

Preparatio cātaridaruz. Amoue ab eis caput alas ⁊ crura ⁊ pista eas bene: deide ꝯfice cuz gūmi ara. ⁊ dragagāto solutis in aqua ⁊ fac troc. ⁊ sicca i vmbra: ⁊ siccatos iterū pulueriza ⁊ iter cū eisdē cōfice troc. ⁊ siccare sic facies tertio ⁊ quarto. Cum vo volueris hos troc. administrare pulueriza ⁊ inuolue puluerē in oleo amigd. dul. ⁊ da. sic enim sumpte nō nocent renib⁹. Et eodē modo preparantur cicade.

¶ Et noctiluce sic ꝑparenṫ. Amoue ab eis capita ⁊ desicca eas in vase eneo: ⁊ desiccatar vnam pulueriza ⁊ dabis eam in potu quolibet die vnā cum aur. ij. aque in qua infusum fuerit dragagantum.

¶ Preparatio fimi colūbini. dixit Zoar. nutrianṫ colūbe rubee pane in quo sit positū semē feniculi. Et tolle de fece eorū q̄ntuz volueris: ⁊ adde ei tātūdem cinamomi ⁊ icorpora cū syrupo de sqnāto. Et detur quolibet die cū tyriaca scorpionū an̄. nā mirabiliter cōminuit lapidē ⁊ educit. Alij dicunt q̄ colūbe nutrienṫ scie lini: ⁊ stercus eax infundatur in aceto ⁊ desiccetur. Et alij dicūt q̄ accipiaṫ sterc⁹ columbinum antiquum ⁊ teratur ⁊ conficiatur cum dicto oleo ⁊ siccetur ⁊ sic iterum fiat tertio. deinde tolle ea ⁊ infunde in vino veteri: quod sit tante quantitatis q̄ cooperiat petras in qua sunt: ⁊ da ex dicto vino quolibet die. ℥. ij.

¶ Et de cauda tremula. dixit Paulus frāgit lapidē desiccata absq̄ plumis pedib⁹ ⁊ alis. hec eniz auis est laudabilis valde. ⁊ si salitur ⁊ si frequēter comedaṫ ⁊ vritur cum plumis suis duṁ est viua ⁊ datur de cinere eius cum pipere ⁊ folio indo cum aqua mellis.

¶ Sāguis hirci. dixit. A. melior est q sumiṫ in hora in qua coloraṫ vua .s. de mēse augusti: qz tūc sāguis est acutior. Q̄re q̄ ollā vnaz ⁊ ablue eā aq̄: ita vt ab ea remoueaṫ qd̄ in ea est de nā terreitatis ⁊ salsedis ⁊ si fuerit lapidea erit melior deide decolla hircū q habeat q̄ttuor ānos: alij āt dicūt tres supra illam ollā: ⁊ dimitte sanguinē ei⁹ pmū ⁊ vltimum currere .s. extra ollā. Et assume mediū tantū: qz calidior est ⁊ purior: eo q̄ a corde ꝓcedit: deinde dimitte eū donec coaguleṫ: deinde incide coagulatū in frustra parua de qb⁹ facias troc. quos pones supra rethe aut pānū mundū ⁊ spge eos ad solē sub diuo .i. sub aliquo cooperimēto: vndiq̄ sine parietib⁹ vt sol pueniat ad sāguinē exiccandū post dorsale defendēs eū a puluere. Et dimitte eox tādiu donec exiccatio eox vehemēs fiat in loco ad quē res nullo mō ptingat. Et cōserua troc. Et cū volueris eos in potu tribuere dabis coclear .i. in vino aceti. al'. in aceto vini: aut in aq̄ apij mōtani in hora getis doloris: ⁊ videbis mirabile. Nō dz aūt dari in hora doloris ne m. im multā moueat in hora doloris.

¶ De cinere scorpionū dixit Auic. meli⁹ ē vt linias vas sile vrinali spissuz luto sapiēte: deinde ponas in ipso scorpiōes ⁊ dimittāṫ in furno calido .s. a quo extract⁹ sit panis nocte vna ad min⁹. Alm. dixit. horis sex: ita tñ q̄ nō pueniāt ad summū in adustiōe ⁊ mane remoueanṫ. Et vitreū vas melius est q̄ terrenum exiccans: ⁊ accipiens virtutem ab eis.

¶ Et cinis vitri sic fit. dixit Aui. si igniaṫ sup coeleariū ferreū: deide teraṫ ⁊ cribelleṫ: deide ponaṫ sup aquā fabax: ⁊ ondetur ea qd̄ de eo calcinaṫ .i. nō est bene tritū. Et hoc reliquū iter bene teraṫ donec pulueriзeṫ totū: deide teratur sicut attomi ⁊ detur de eo aur. vnus. in. xij. aureis aque calide. al's. in. xij. diebus cuz aqua calida .s. quolibet die aur. j. ⁊ hoc est melius q̄ vitrū solū attritū absq̄ adustione. Et meli⁹ est quod fit de vino albo claro.

¶ De cinere aūt leporis. dixit. A. q̄ de eo sumunṫ sūt caput ei⁹ ⁊ extrema exiccata in sole in vase eneo de quo sumūṫ in potu. ʒ. ij. Et dixit. aq̄ ei⁹ .s. elicite p sublimationē sūt vehemētis resolōnis. Dñt aūt qdā q̄ illud qd̄ plus valet de lepore est caput ei⁹. Et alij dñt q̄ lepus viu⁹ dz decollari: ⁊ in sanguie suo inolui ⁊ sic vri: vritur aūt sicut scorpiones. Et alij dñt q̄ lep⁹ dz sumi viu⁹ ⁊ viu⁹ dz in aceto mergi donec moriaṫ: ⁊ sic mortu⁹ dz itegre cōburi. Et alij dñt q̄ solus sāguis leporis dz sumi ⁊ cōburi ⁊ dari in potu cū reb⁹ ꝯfortātibus renes ⁊ vesicā ne ledanṫ ab eo. supra autez dictum fuit q̄ dz accipi totus sāguis ei⁹ cum tota pelle ipsi⁹ cum. ℥. vj. saxifragie ⁊ sic cōburi. Et ego dico q̄ si huic addatur caput eius erit melius.

¶ Incipit tractatus vltimus qnti sermōis qui est de dispōnibus ⁊ egritudinib⁹ vesice continens capitula. 21.

¶ De anothomia vesice. Cap. j.



Actor anothomie dixit. Sicut creauit de⁹ quodā vas superfluitati digōnis pme ita creauit ꝓpriū vas superfluitati digōnis scde qd̄ ē vesica appellata vas vrine aliqñ dicta chistis maior. Et. A. dixit. q̄ quēadmoduz deus excelsus creauit feci vasa aggregātia ⁊ cōprehēdētia totū fū de fece vsquequo ad

gregat: deīde expellit͛ pp q̄ꝺ fit hō excusat͛ ab assellatione
ꝯtinua hora post horā. Silr̄ pparauit excelsus ⁊ creauit ei
q̄ꝺ ex sup̄fluitate aquositatis attrahit͛ digne excuti ⁊ expel
li ad extra corpus capacitatē: ⁊ sacculū cōprehēdentē tota
litatē ei⁹: aut plīm ipi⁹ donec surgat expulsiua ad extrahē
dū. s. ex corpore ipsaȝ simul ⁊ nō fit necessariū expellere ip
sam ꝯtinue: sicut accidit patiētibus distillationeȝ vrine. Et
Quid sit vesica. capacitas ista siue sacculus est vesica. ¶ Et vesica qdem est
cbistis q̄dam pāniculosa subtilis solida cui⁹ figura est ro
tunda vt sit maioris capacitatis ⁊ magis tuta a lesione oc
De vtilitate vesice. currentiū: ⁊ etiā contentiua in ea. ¶ Et fuit ordinata vesi
ca. dixit Auer. 2. colliget ad attrahendū sup̄fluitatē aquo
saȝ a renib⁹. Scias tñ. dixit ipse. q̄ mēbroꝝ que ordinata
sunt ad attrahendū sup̄fluitatē sanguinis vnūquodq̄ non
attrahit nisi que sunt sibi ꝯuenientia in cibo. Et cū hoc fa
ciunt etiā iuuamēta que sunt necessaria. Dicūt ergo quidā
attrahunt sup̄fluitates: q2 cū eis est aliqd benignū mixtuȝ
veniūt meseraice ad oia itestina. Et silr̄ cū aquositate vrina
li descendit aliqd de corpe vt eo vie medie nutriant͛. Qui
dā tñ dicunt. q̄ p̄dicta mēbra sup̄fluitates nō attrahūt: sed
eas recipiūt ab alijs transmissas. Et alij dicūt attrahunt eas:
sed nō vt inde se adiuuēt cū ille sup̄fluitates sint ipure: sed
attrahūt gratia toti⁹: vt ipm a sup̄fluitatib⁹ depurent. Nā
lȝ non habeāt intellectū ⁊ rōnem vt intēdant ab illis depu
rare totū: tñ ordinator ciuitatis habuit itellectū ⁊ rōnē. Et
ordinauit ista mēbra ita vt attrahāt gratia toti⁹. Et p̄pte
rea. dixit Auer. vbi supra sunt in vnoquoq̄ quinq̄ v̄tutes. s.
De substa. vesice. attractiua: retētiua: digestiua expulsiua ⁊ discretiua. ¶ Di
xit Gal. 5° de vtilitate p̄ticulaꝝ: danda fuit vesice fortis tu
nica ceu multotiēs qualibet die ⁊ nocte debenti distendi ⁊
repleri ⁊ rursum euari ⁊ ꝯtrahi. Et Aui. dixit. creata est ve
sica q̄ꝫtum ad subaȝ suā neruosa ex neruis ligamēti. i. ex vil
lis. neruoꝝ villis ligamētoꝝ vt sit vehemētioris fortitudi
nis. Et sit susceptibilis extēsionis plane sustentate vt iplea
tur aquositate. Et habēt tunice vesice. dixit Gal. ibideȝ re
ctos ⁊ rotūdos ⁊ obliquos innulos: vna enim existēs eius
tunica. i. apparēter: lȝ existēter tunice ei⁹ sint due ad dimo
dā spēm mot⁹ idoneā acquisiuit ꝯstrictionē: cuȝ qui p inu
los rectos motū habēs vt attrahat aliquid: cuȝ v̄o qui per
trāsuersos fit excernat: cuȝ v̄o qui p obliquos vt retineat:
solis aūt obliqs inulis tensis latitudo abbreuiat͛: oib⁹ ve
ro rectis. i. ⁊ obliqs ⁊ transuersis ad seipsos cōgregatis ve
sica ⁊ sic lōgiorib⁹ oibus factis extēditur. ¶ Dixit Auic.
vesica hȝ duas tunicas quarū interior in p̄fundo est dupla
extrinsece: qm̄ ipsa obuiat aquositati acute. Ad hoc igitur
vt non ledat͛ ab ea facta fuit dupla. s. in grossitudie: ⁊ etiaȝ
in soliditate. Et exterior tunica dixit auctor anothomie cō
texta ē ex villis lōgitudialib⁹ ⁊ viget i eo magis attractiua
⁊ iterior texit͛ villis latitudialib⁹. Et his pp expulsionem: ⁊
ex trāsuersis pp retētionē. Et duplat͛ iterior tunica ad exte
De neruis ⁊ venis ac arterijs vesice. riorē in fundo vesice: q2 necessariū fuit vt eēt densa ⁊ fortis
ne acutis humorib⁹ ⁊ sanguie malo scinderet͛: q̄ꝺ fieret si
ibi subtilis eēt cōpositio. ¶ Dixit Gal. vbi supra ⁊ ponit͛ a
Rabi in p̄ma p̄ticula suoꝝ affo. sic. ad vesicā accedunt ner
ui magni ad hoc vt sit sensus eius subtilior ⁊ velocior. Et
ad ea ⁊ cbistim fellis iterū accedunt vene que eas nutriunt
p̄ter eas qbus attrahūt sup̄fluitates que nō sunt p̄prie ve
ne: sed pori qdam. Nā superfluitas que ad eas accedit ē so
la ⁊ pura nullā habēs sanguinis mixtionē. Et Auic. dixit
ꝯtinuatur vnicuiq̄ laterū vesice neruus hn̄s q̄ꝫtitatem. Et
vene quiete ⁊ pulsatiles: ⁊ multiplicati sunt nerui ei⁹ vt ipsa
sentiat illud cui iniicit͛ ad expellēdū. Et subdit Gal. nā ve
sice neruos ab āploꝝ ⁊ sacco noiato osse dorsalis. i. nuce im
plantauit. Venas aūt ⁊ arterias a p̄pinquis sm̄ eam vasis
De poris vritidibus scz ib⁹ vesicam. vbi p̄ncipiū sūt explātationes magnaꝝ. s. venaꝝ q̄ a dor
so ad crura incedūt: ⁊ eas sm̄ ipi⁹ colluȝ iplantauit. Me
li⁹ enim erat ei suscipere eas carnosis ei⁹ p̄ticulis. ¶ Qua

aūt habebat vesica trahere sup̄fluitatē aquosam a renib⁹ a
qbus satis distat. Jō dixit Aui. subtiliat⁹ est creator sapiē
ter in attrahēdo sup̄fluitatē ad eaȝ: fecit. n. venire ad ipsam
duo emūctoria q̄ sūt renes. i. duos poros vritides p quos
aquositas venit ad vesicā. Vñ auctor anothomie dixit. ha
bet renes duo emūctoria q̄si duos canales p quos trāsmit
tit͛ vrina post separationē ei⁹ a sanguine in vesicā quorum
substātia. dixit Gal. 5° de vtilitate p̄ticularuȝ silis facta est
substātie vesice. Nō eniȝ ex alia substātia oportebat eē rece
ptacula sup̄fluitatū: ⁊ ex alia poros portātes illa. Et dixit.
q̄ modus iplantatiōis dictoꝝ poroꝝ ad vesicaȝ mirabilis
est. Obliq enim ad ipsaȝ descendēdo iplantati sunt: ⁊ vsq̄
ad intrinsecā spaciositatē obliq ⁊ p̄longi venientes velut
mēbranum q̄dam organoꝝ intus abscindūt q̄ꝺ ab ea q̄
deȝ que int⁹ sup̄fluitate latoris euertit͛ ⁊ aperitur. Jn reliquo
v̄o tēpore toto cōcidit ⁊ contrahit͛: ⁊ ita certitudiale coop
toriū poro fit vt nō soluȝ humorib⁹ impossis fit latio q̄ ad
retro: sed etiā spiritui. Manifestat͛ aūt hoc in vesicis maxi
me que inflātur ⁊ replent͛ aere: deinde ligatis certitudina
liter hȝ collū. apparet eniȝ tot⁹ aer iclusus ⁊ retētus. Et si ab
extra aliqs fortiter p̄mat vesicā: sicut eniȝ ab impetu coruȝ
que influūt euersat͛ ad intus: ita ab his que ab int⁹ ei inci
dunt ipilat͛ ⁊ premit͛ cū poro. ¶ Pro his dixit auctor ano
thomie subintrant illi canales exteriorē tunicā vesice circa
mediū tumorē ei⁹ ⁊ fluit vrina inter duas tunicas ex vtra
q̄ parte vesice ad os illi⁹. s. interioris tunice: ⁊ ibi tandem
intrāt p iteriorē tunicā vesice penetrādo ipsaȝ. Et dū itrat
in vesicā vrina trāsmissa a renib⁹ claudit͛ exterius os vesice
ne aliqd exeat: ⁊ ecōuerso duȝ exit vrina a vesica claudunt͛
p̄dicti duo meat⁹ ne aliqd subintret vesicaȝ interius: ⁊ hoc
p̄pter dilatationē interioris tunice ⁊ cōprehēsionē ei⁹ cum
exteriori. ¶ Et Auer. dixit p̄mo colliȝ. vrina venit ad vesi
cā per vias noiatas arabice alcabin: ⁊ iste due tēdūt ad dia
metruȝ ⁊ vadūt per lōguȝ donec transeāt int⁹ in vesicā. Et
oritur ab ipsis corp⁹ vnū sile pellicule que aperit vesicam ⁊
claudit eā ex p̄te renū: ⁊ istud est sine dubio vt aliqd nō re
deat de vrina ad renes. Et in scđo eiuidē dixit. coopertura q̄
est inter vesicā ⁊ renes silis est cortici que q̄n humiditas tra
hitur ad eā aperit͛. Et q̄n remanet claudit͛ ad hoc vt nō re
uertat͛ humiditas ipsa ad renes. ¶ Aui. aūt magis p̄dicta
declarās dixit. Cū hi pori p̄ueniūt ad vesicā separauit crea
tor vesice duos anulos. i. duo foramina duoꝝ poroꝝ vriti
dū quos fecit incidere iter duas tunicas q incipientes in pri
mis penetrare tunicā primā. s. exteriorē p̄forātes eā. Dein
de post penetrationē ad interi⁹. s. ipsius tunice exterioris i
ter duas tunicas hn̄t incessum habentē q̄ꝫtitatē inter eas:
deinde submergunt͛ in tunica interiorē dirūpētes vtrinq̄
ad ꝯcauitateȝ vesice: ita vt q̄n implet͛ vesica hac aquositate
⁊ instētatur cooperiat tunica alia. s. itrinseca exterioreȝ ex
pulsa ad ipsaȝ ab iteriori p̄te vesice aquositate replēte ⁊ ex
pellēte eā versus exteriorē tunicā. sup. ⁊ sic ꝯiungit͛ in ma
gna repletione vesice tunice exteriori: vt extimet͛ quasi tuni
ca vna. Et q̄ nō sit in eis. i. inter eas penetratio. i. diuisio. ⁊
p̄pter illud. s. p̄pter hāc bonā adherētiā dictaꝝ tunicarū
adinuicē nō redit aquositas ⁊ vrina cū figitur. i. p̄mit͛ vesi
ca ad posteriora. i. versus p̄teȝ p quā venit: ⁊ ad dictos po
De collo vesice. ros vritides. ¶ Cū itaq̄ vesica vrinam attrahat ⁊ retineat
subtiliat⁹ est creator. dixit Auic. extrahēdo eā ab ipsa. Et
creauit vesice collū expellēs aquositatē ad v̄gaȝ anfractuo
suȝ plures habēs anfract⁹: p̄pter quos nō mundificat͛ ab
aquositate itegre expulsa: ⁊ p̄prie in masculis. Jn eis enim
collū ipsuȝ tres hȝ anfract⁹. Jn mulieribus v̄o vnū solum
hȝ anfractū p̄pter p̄pinquitatē vesicaꝝ earū matricib⁹ ip
saꝝ. Et in collo vesice est carnositas retenta vicina lacerto.
Colli eniȝ vesice quedā pars minuta est. i. stricta: eo q̄ cir
cūdat ipsaȝ: sicut suffocatoriū ⁊ expressoriū. i. ꝯstrictoriū. s.
lacert⁹: ita vt p̄hibeat exituȝ aquositatis a vesica nisi cū vo
luntate

luntate mollificãte illuz lacertũ. ¶ Cũ eniz vesica repletur euacuat qđ in ea est cuz volũtate ad quã pducit necessitas. Et ad hoc iuuat lacertis vẽtris. Ait.n. Gal. pmo de iteriorib⁹. actio mẽbrorũ vrine qua vrina fit cum ↄtractiõe ⁊ expressione vesice in circuitu ei⁹ factis: ⁊ plus lacertis sup vẽtrem in mirach.s. exñtibus adiuuat. Et Auic. dixit. vesica expellit vrinã: q2 stringit super eã ex oibus lateribus: ⁊ quã strictionẽ ⁊ cõpressionẽ facit vesica sup vrinã cuz illis suis trãsuersalib⁹. Et accidit ei sicut accidit vesice plene aq̃ cuz ponitur sub brachijs: ⁊ premit super ea vt expellat ab ea aqua. Et hoc dixit Aui. dilatat lacert⁹ suus qui est sup suũ orificiũ. Et cõprimitur lacert⁹ mirach.s. latitudinalis q est sub vmbilico ⁊ adiuuat sua cõpressione ad expellẽdũ: ⁊ sic vrina expellit ad extra corp⁹. Hoc aũt.i. adiutoriũ a lacerto mirach ventris dixit Gal. cõtingit pauca vrine in vesica existẽte: vel cũ ipsa defecta est nõ potẽs expellere. Et hz dixit Gal. pdicta opatio lacerti colli opationẽ pdictã cõstrictionis exercere nisi ei aduenIat nocumẽtuz: aut nisi superfluat necessitas.s. expellẽdi aquositatẽ. Et dixit. certa membra sunt adiuuamẽtũ opationis vesice: q2 nisi vesica eẽt cõcaua in ea q̃titate qua est: collũq3 eius in lõgitudine pforatũ: ac in via qua vrina egreditur tortuosuz actio illi⁹ contractiõis ⁊ expssionis nihil pdesset. ¶ Et ampli⁹ loquens de actione vesice 6° de iteriorib⁹ dixit. si neruus a nuca pcedens vel ipsa nuca patiat defectus iam veniẽs in vesicas vt stranguria generet nõ fit sicut qdã arbitrant. putãt.n. q actio vesice fit volũtaria: eo q vident vrinã teneri ⁊ eijci fz voluntatẽ hominum. Sed sciendũ est q inuolũtaria actio non est in vesica: sed actio mingẽdi est sicut actio egerendi: que ⁊ si fit volũtaria nõ est intestini: sed vesica vnã hz actionem.s. ex oibus laterib⁹ ↄstringẽda cõstringere ⁊ coadunare. Et ob hoc dixit Ras. pmo ↄtinẽ. vesica caret musculis restringentib⁹ ipsaz: ⁊ ṽtute sua naturali expellit vrinã. ¶ Lacer t⁹ vero collum vesice circũdans dixit Gal. volũtarium instrm est: cuius actio est opilare collũ vesice: vt nihil humiditatis egredi vel ad ipsuz intrare valeat. Cuz igitur dixit Ras. vbi supra. musculus abstinet se ab opatiõe sua tunc exercet vesicas suas opationes ⁊ nãli ṽtute sua expulsiua expellit nociuũ: ⁊ retinet autẽ musculus ipse ab opatione sua ppria volũtarie. Et subdit Gal. hoc consilr fit lacerto ani existẽte in extremo intestini recti. Ideoq3 cũ hi lacerti mollificant neq3 vrina in vesica neq3 egestio in posteriori tenet: sed paulatim ⁊ inuolũtarie exit. Et hi lacerti tunc tẽporis non opantur cum lacerti q sunt supra ventrem qđ suum est faciũt.s. cuz ↄtrahunt ⁊ premunt: vt exeat egestio aut vrina: ⁊ maxime q sunt circũcirca.s. vesicã ⁊ mirach q sunt hi qui sũt sub vmbilico. Bene ergo dixit Ras. x° ↄti. emissio vrine fit per coadunationẽ vesice sup eam: aut fit a cessione musculi ab effectu eius. ¶ Dixit Auer. pmo colliget. locus vesice est inter anum ⁊ vmbilicuz qui loc⁹ nominatus est in arabico chana. In mulieribus tamẽ vesica locata est ab interiori supra matricem.

¶ De egritudinibus euenientibus vesice ⁊ earum curatiõe in generali. Cap. ij.



Dixit Auic. accidũt egritudines cõplexiõis cũ mã ⁊ sine mã. sup ple. ⁊ egritudies cõpositionis vt opilo ⁊ egritudines q̃titatis in magnitudie ⁊ paruitate: ⁊ egritudies situs in augmẽto ⁊ dislocatiõe. Dixit Gal. in tegni scđo. vidi vesicaz cuiusdã extra positã ⁊ paruã: ita vt si aliqñ tardaret ad emissionẽ vrine tumor appareret circũscript⁹ manifeste. Unde habebat egritudinẽ in q̃titate: q2 vesicã paruam: ⁊ egritudinẽ in situ: q2 habebat eaz positaz nimis circa exteriora ⁊ pectinẽ. Et accidunt ei egritudies solutiõis ↄtinuitatis p aptiones ⁊ scissurã ⁊ vlcera. Et accidũt ei apata. ¶ Et egritudinib⁹ eius dixit Auic. q̃nq3 cõicant mẽbra regalia.s. pncipalia ⁊ nobilia sicut cerebrũ: ipm enim fit dolorosuz cũ ea ⁊ aduenit ei vertigo. Et q̃nq3 puenit ad sirsen cã cõitatis egritudinũ vesice calidaz: ⁊ cõicat eni ei cerebrum mediãtib⁹ neruis ad eã veniẽtibus ⁊ eis quib⁹ ipsa cõtexitur. Et epar etiam cõicat dupliciter: multotiẽs enim accidit hydrops pp frigus vesice. ¶ Et dixit. accidũt vesice rõne vrine nocumẽta plura que sunt ardor ei⁹ ⁊ difficultas exit⁹ ei⁹: ⁊ retẽtio ipsius ⁊ inuolũtaria ei⁹ emissio ⁊ multitudo ei⁹ ⁊ ipsi⁹ distillatio ⁊ diabetes ⁊ mict⁹ in lecto: ⁊ mict⁹ sanguis aut sanies cum ea. Et multiplicant dixit Aui. egritudies vesice i hyeme. sup. ⁊ in regionib⁹ frigidis: q2 mẽbrum est exãgue frigide cõplonis: vnde faciliter patitur a frigore.

Egritudines vesice dixit Aui. curant sicut egritudies renũ: sz tñ cũ medicinis fortiorib⁹ ⁊ magis remanẽtib⁹.s. cũ ṽtutib⁹ ipsaz: q2 ipsa situata est in loco magis distãti ⁊ est debilioris ṽtutis: quare fit sicut dictũ est etiã in supiorib⁹: q non ois medicina que ẽ fortis renib⁹ sit fortis vesice: sz bene ecõuerso q ois medicina que est fortis vesice est fortis renib⁹. ¶ Et medicie q dez que vesice administrant sicut potiões.s. ⁊ oia ea que p os sumunt. Et inunctiões.s. in vesica: ⁊ in enematibus per anũ. Et emplã.s. ⁊ alia remedia localia vt epithimata embroce fomẽtatiões encatismata balnea ⁊ que administrari debẽt in loco vesice ⁊ duobus emũctorijs.i. inguib⁹ ⁊ sub vmbilico in femore ⁊ in duab⁹ cõmissuris singularib⁹.s. in osse pectinis ⁊ iter anũ ⁊ bursam. ¶ Et vesicã qdẽ cũ pprietate ↄfortãt vesica apri. ⁊ vesica porci: sz magis valet abluta ⁊ desiccata ⁊ posita in furno in vase vitreato obturato pane a furno extracto in quo dimittat donec teri possit: ⁊ potest cũ ea misceri puluis cubebaz ⁊ cinamomi: sed nõ in ardore urine. Pinee quoq3 ablute ⁊ postea ĩfuse in succo pomoz valde conferunt vesice etiam in ardore. Et aq̃ mellis apuz vel canne. ut dixit Mes. in antidotario. Et decoctio camomille in emplastris apposita. ut dixit Sera. sm Dyasco. Et malua Serap. sm Dyas. ⁊ semen eius. Et sticados dixit. A. instrumẽta urine ↄfortat. Et spica conuenit. ut dixit Macer. Omnis autẽ uua dixit Auicẽ. nocet uesice. Et acetum ut Plinius. 23°.

¶ De mala complexione uesice. Cap. iij.



Vesice accidere possunt omnes spẽs malitie cõplonis simplicis composite cum mã ⁊ sine mã. Dixit Serap. de pprietate uesice est ut sint in ea oẽs spẽs malitie cõplonis: tñ illud qđ accidit ei assidue in pluribus hoibus est malitia cõplonis frigide.

Cognoscitur aũt signis pprijs quelibet earum multotiẽs dictis ⁊ spãliter eis que significãt malas cõplones renũ. ¶ Dixit tñ Gerard. sup uiatico q supabundãtis flãtis in uesica signa sunt urina remissa in colore cum mucillaginib⁹ in ea: ⁊ resolones squamose siles squamis pisciũ. Et strãguria ⁊ dissuria: ⁊ difficultas mingẽdi guttatim cũ iteruallo. Et dolor ⁊ grauitas circa pitoneon ⁊ iguina. ¶ Et melic signa sunt urina liuida ex admixtiõe melãci humoris secũ ⁊ isquãmosa ⁊ strãguria aderit ⁊ dissuria ⁊ stupor ⁊ isensibilitas circa pitoneũ. Et dolor grauatiu⁹ extẽsiu⁹. Et friditas sentit circa anum ⁊ pudẽda. ¶ Et colere signa sunt urina icẽsa tenuis uel spissa ex admixtiõe colere dolor acut⁹ pungitiu⁹. Et vrĩa squamosa supfluitates ↄtinet ⁊ pungit in exitu. Et strãguria ⁊ dissuria. Et calor sentitur circa peritoneon.

Curatur autẽ mala cõplo vesice sicut mala cõplo renum. Dixit tñ Rabbi x° continentis. male cõploni calide vesice cõfert psiliũ datuz in potu.i. mucillago ei⁹. Et alia aromatica frigida ⁊ emplã. Et ad caliditatem egredientẽ de pte uesice ⁊ ueretri interiori miscendum est de cãphora cum aqua ros. ⁊ clysterizãduz est cũ eo uerẽtrũ. Et dixit. A. malam cõplonem calidaz uesice infrigi

De expulsione vrine a vesica quo modo fit.

De actio vesice sit voluntaria.

De confortantib⁹ vesicã ⁊ appetitu.

dant potꝰ frigidi ⁊ succi portulace citruli ⁊ cucurbite. Et potus spodij cum aq̄ frigida. Et lac asininũ est bonũ valde. Et inunctiões ex rebus frigidis. ¶ In mala aũt cõplexione frigida. dixit Mesue in antidotario valet aromaticũ nardinum. Et oleum de cinamomo ⁊ enula de sauina ⁊ de pulegio. Et Aui. dixit. diuretica oia calida calefaciũt vesicaz. Et inũctiones ex oleis calidis ⁊ gũmis calidis. Et emplastra ex medicinis calidis dictis in egritudinibꝰ renum.

¶ De apostematibus vesice. Cap. iiij.



Vesice accidere possunt apata calida ⁊ frida. Calidũ tñ apa. dixit Auic. nõ accidit plurimũ raro: qm̄ est morbꝰ dissimilis cõplõni vesice que frigida est: quare non accidit apa calidũ in ea nisi a magna cã. Ras. vero in diuisionibus dixit: plim apatis qd̄ accidit in vesica est apa calidũ. Et itellexit Aui. a cã intrinseca potissime a mã cõgesta. Ras. võ dixit vel intellexit de cã extrinseca ac ẽt de apate p viã defluxus ⁊ respexit ad subam vesice que dẽsa est ⁊ solida in quã nõ penetrat hũor frigidus faciliter. Cũ tñ accidit apa calidũ tunc erit aut ex materia sanguinea aut colica: aut mixta ex colera ⁊ sãguine fluẽte p viaz venaꝝ ad eam. ¶ Dixit Hal. vt scribit xº ↄtinẽ. Pueris septem annoꝝ ⁊ vsq ad. xv. ex multitudie comestionis coꝝ absq ordine. Et ex abũdanti aggregatiõe humoris crudi in eis. vñ descẽdit ad ptem vesice: ⁊ sic accidit lapis. Et si infert inde. s. ex lapide passio vesice. s. dolor q̄nq accidit apa calidũ in ea ⁊ maxie qñ dolet vesica ex freqũẽti incessu illoꝝ. Et Auicẽ. dixit: accidit multotiẽs infantibꝰ nõ itelligẽs q absolute freqũẽter eis accidat: sed in cõparatiõe ad alios aliarũ etatũ. Accidit infantibꝰ freqũẽtius apa calidũ in vesica qd̄ ideo eis accidit aut cã lapidis q freqũẽtiꝰ in eis gñatur ⁊ isestat. s. plus vesicas coꝝ adhuc teneras: aut qz multũ ⁊ sepe conquassant vesicas suas: vñ trahit ad eas humor subtilis calidus perficiẽs apa in eis cãre. ¶ Frigidi aũt apatis vesice cãe sunt ille eedẽ q̄ sunt apatis frigidi renũ. Et dixit Aui. apostema duruz vesice accidit a causis silibꝰ causis apatis duris in renibus. Et plim eius fit successiõe apatis calidi vesice. Et fit. s. apa duruz. sup. ⁊ oẽ aliud apa vesice etiã successione percussionis aut casus. Et q̄nq fit successione scissure. i. incisiõis que fit ad extrahendum lapidem.

Infantibꝰ plus accidit apa calidũ i vesica q̄ aliis etatibus.

Signa apatis vesice. Signa generis sunt dolor q cõicatur vge. Dixit. n. Sera. Cũ vesica apatur dolet cũ ea vga annexa collo eiꝰ. Et accidit tumor rotũdus in pte vesice. i. in pectine. Inflat. n. locꝰ tã rõne apatis q̄ etiã multitudinis vrine cõtẽte in vesica. Retinet. n. vrina q̄nq sm totũ. Et q̄nq difficulter emittit. Et q̄nq guttati distillat. Et seqtur apa vesice q̄nq strãguria: q̄nq dissuria. ⁊ retẽtio qdẽ vrine plim: ⁊ magis fit qñ iacet ifirmꝰ: qm̄ nõ põt aliqd eijcere ex ea. dixit Aui. nisi stãtes. s. erecti. qm̄ vesica apata est debilis nõ valẽs recipere auxiliũ ab expssione cũ iacet cũ iacẽdo nõ possit fieri expssio nisi leuis. Cũ autem stãt erecti meliꝰ possunt exprimere. Et musculi vẽtris melius pñt exprimere. Et q̄nq accidit retẽtio egẽnis vt cum apa est magnũ cõprimens intestinũ rectum. Aut cũ pre timore doloris infirmꝰ refugit ab expressione: ⁊ grauitas pcipit notabilis in loco vesice. ¶ Distinguit aũt apa vesice ab apate exteriori accidẽte in mirach ⁊ pectine. dixit Aui. ex tranquillitate quã inuenit patiẽs apa extrinsecũ ex vaporatione. s. fomentatione ⁊ alijs localibꝰ factis ex anedinis que qdem est magna respectu eiꝰ quã inuenit ex ipsis patiens apa vesice. Nõ enim tã bene neq tã cito penetrat vapor illoꝝ auxilioꝝ vsq ad vesicã sicut ad ptes extrinsecas. Et q̄nq pmutatur color loci ad citrinitatẽ vel rubedinem in apate extrinseco: nõ aũt sic in itrinseco. imo nõ nisi in eo cuius mã ptibus cõicatur extrinsecis.

Signa distinctiua inter apa vesice ⁊ apa i mirach ⁊ pectine.

¶ Signa aũt spẽrũ. Signa calidoꝝ sunt. dixit Alm. q seqtur ipsa febris acuta. i. colerica vel sinochus. Acuta si apa fuerit colericũ. Sinochus si fuerit sãguineũ. Et in diuisionibꝰ. dixit Ras. Cũ accidit cũ febre adurẽti. Serap. aut ⁊ Aui. absolute dixerũt q sequtur ipm febris. Et tu sup. que vt plim est colerica cuz accñtibꝰ vehemẽtibus. Et dolor est vehemẽs: qz mẽbruz est multi sensus. Et est in colerico pũgitiuꝰ: ⁊ in sãguineo pulsatiuꝰ. ¶ Et comitat apa calidũ vesice. dixit Ser. ex alinate. i. malitia vel difficultate anhelitus cõicato nocumẽto spũalibꝰ. Et ex siti vehemẽti cõicato nocumẽto stõ ⁊ spũalibꝰ. Et frigore manuũ ⁊ pedũ: que fortã nõ calefiũt retracto intus calore ad locũ apatis qui aliqñ intantũ reuocat q non põt ad exteriora extendi ⁊ nõ calefiunt tũc extrema quãtũcunq calefaciẽtia eis approximent. Et ex inflãtione. s. intẽsa ⁊ vomitu spẽrum colere. s. citrine vitelline prassine vel zinarie nõ pmixtarũ. s. cũ alijs humoribꝰ. Et dixit. ⁊ soda ⁊ vigilie ⁊ rubedo oculoꝝ ⁊ faciei. ¶ Et Ras. dixit in diuisionibꝰ: seqtur insõnietas ⁊ sitis ⁊ alienatio eloquij. ⁊ nigredo lingue pp vapores eleuatos ad supiora cõicato nocumẽto cerebro. ¶ Dixit Oribasius sequit apa calidũ vesice fallacia vehemẽs cũ alienatione ⁊ febre acuta insõnietate ⁊ vomitu colere simplicis. Et asma ⁊ frigꝰ extremitatũ: ita q forte nõ calefiũt. Et nigredo lingue. dixit Ser. ista accidẽtia fiũt in iuuenibꝰ sz plim ⁊ in eis q sunt infra eos sicut sunt hi qbus nõ nascunt pili in pectine. Et q sunt ifra aliud sicut etas adolescẽtiuz: ⁊ sm illud paꝝ. ¶ Et de signis apatis calidi. dixit Serap. est ledi e cibis calidis potibꝰ ⁊ medicinis. Et Aui. dixit. noceri ab omni acuto ⁊ diuretico. s. calido. Et pprie cum sunt humores corpis calidi. ¶ Et dixit Aui. q̄nq significat ipsuz etas vt iuuẽtutis: ⁊ cãe pterite de regimie calefaciẽte ⁊ generatiuo hũoris calidi. sup. ⁊ alia etiã pticularia calida. Et psites etiã calefaciẽtes cãe significãt ipm. ¶ Et dixit Auicen. deterius apatum calidoꝝ vesice est illud cũ quo continuatur caliditas febris acute. Et in quo vehemẽs fit retentio vrine ⁊ stercoris. Et fortis fit dolor. Et in vrina non est digõ. tale enim apostema est mortale. ¶ Ex libro de morte veloci dixit Ras. xº ↄtinẽ. In quo fuerit dolor vesice ⁊ apparens fuerit in subascella sinistra apa sicut citonium: hic aut in die septimo morit aut in 14º.

¶ Signa aũt apatis frigidi vesice sunt febris lenta dolor remissus grauatiuꝰ. Et priuatio inflãtionis in loco eiꝰ. ⁊ dissuria. al's disnia. Et multitudo dormitiõis: ⁊ priuatio sitis ⁊ vomitꝰ flãticus. Et color faciei ⁊ lingue pallidus vel albus. Et significant ipm etas ⁊ reliqua pticularia frida. Et regimen flãtis gñatiuum. Et iuuari a calefaciẽtibus ⁊ noceri a frigidis. ¶ Qñ aũt procedit calidũ apa ad maturationẽ. dixit Ras. ex pmo pnosticoꝝ xº ↄtinẽ. emanabunt hũores maturi ad spaciositatẽ vesice ⁊ sedebit in vrina hypostasis. Qz nisi emittat radicitus vrina dicta ⁊ nõ efficiat apa lene: sed fortis fuerit frigus sequet periculũ. ¶ Dixit Aui. cum apparet in vrina fex. i. hypostasis subsidẽs lenis: tunc est maioris spei vt accidat ex eo sanitas. Si vero fuerit vesica dura ⁊ dolens in omnibꝰ modis mala erit ⁊ precabilis vltra modũ precipue si cum ea fuerit febris continua: quoniã cum dolore vesice inde ex apostematibꝰ calidis ⁊ crituris malitia corroborat dum interficiat: ⁊ maxime cum venter non emittit egestionem in ipso tempore: eo q morbus impedit ex infestatione doloris vehemẽtis vesice: vnde infestantur intestina. Cunq apostema vesice fit dubellatũ: tunc accidentia predicta accidunt plus ⁊ intenduntur: quia circa generationem saniei dolores ⁊ febres accidunt magis.

¶ Signa võ q fit factum dubellati. dixit Auic. sunt q apparet de horripilationibus diuersis ⁊ febribꝰ permixtis. Et pro notitia harum horripilationũ ⁊ febrium vide qd̄ dictum est in dubellatiõe renũ. Et significat maturitatẽ eius. dixit Aui. lenitas. s. reperta ad tactum in loco apatis vel ⁊

etiam

etiã lenitas accidẽtiũ: qꝛ facta sanie sedanť accidentia. Et
sunt de accñtibus maturitatis .i. de signis ostendẽtib⁹ ma/
turitatẽ vrine: ꝛ sedimẽ eius .s. ꝙ in ipsa ex resudatiõe resi/
det saniosum vel saniei sĩle. ℂ Et scias dixit Aui. ꝙ pl̃me
exiture in vesica sunt v̾sus collũ ei⁹: qꝛ carnosum est: qñqȝ
tñ declinãt ad ptes alias. Et qñqȝ apiuntur ad partẽ iterio
rẽ vesice. Et qñqȝ aperiunť ad ptem aliam .s. exteriorẽ. Ue
rũtamẽ dixit ipse. si signa maturitatis nõ apparuerint i pn/
cipio .s. facti dubellati nõ rũpeť exitura ante hebdõaꝫ. Hinc
dicunt qdã. ꝙ qñ exitura cõicať collo vesice tũc ei⁹ ruptu/
ra ad partẽ anteriorẽ exteriorẽ salubrior est q̃ȝ ad iteriorẽ.
Cũ v̾o ruptura fuerit in alijs vesice partib⁹: tunc que ẽ ad
interiorẽ salubrior est ea que ad exteriorem.

Sig⁹ aps̃e duri.

ℂ Signa aũt apatis duri vesice. dixit Ras. in diuisionibus.
sunt ꝙ fit post apa calim aut p percussionẽ ꝛ casum. Et ap
paret tactui apud cõmissurã que est inter testiculos ꝛ anu/
cũ est magnũ ꝛ difficilis fit exit⁹ stercoris ꝛ vrie. ℂ Et. Az
dixit. Signa ei⁹ sunt difficultas stercoris ꝛ vrie simul. Aut.
p ꝛ accident ei accñtia duritiei renũ .i. apatis duri renũ ex
retẽtione fecis ꝛ stupefactiõe in crurib⁹ ꝛ agitatiõe diuer/
sa ꝛ debilitate ꝛ puẽtione ad hydropisim: q̃ȝuis fit supuen/
tio ex duritie renũ .s. magis causa dictoꝝ accñtiũ vel puen/
tionis ad hydropisim: qꝛ maior cõicatio fit epatiꝭ ex renib⁹:
q̃ȝ ex vesica. Discerniť autẽ inter apostema durum renũ ꝛ
durũ vesice. dixit Auic. per locũ in quo est grauitas: ꝛ per
illud .s. membrũ vel illuȝ locũ cui accidit in primis cã .s. ad
quã sequitur apostema durum.

Cura autem apatis vesice duplex est gñalis ꝛ spũlis. Et
gñalis cõpleť dieta potiõe ꝛ cyrugia. Deuitet aũt
ne attingat ad locũ apatis ꝛ ptes circũstãtes aer fridus di/
no: sed in frigido apate semp fit calidus vel calefiat. Et i ca
lido tẽperatus aut ad paruũ valde declinãs frigiditatẽ. Et
deuitet furorẽ iram tristitiã: sed speret ꝛ leteť. Et mot⁹ no
cet eis ꝛ pcipue ambulatio: imo etiaȝ ꝛ sessio: qꝛ cõprimit
vesicã ꝛ omnis fricatio saltiȝ fortis partiũ inferioꝝ. Et vẽ
tosaꝝ in eis appositio nisi apud declinationẽ: qescat aũt la
cens ꝛ supiora fricenť ꝛ vẽtosenť. Et dormiat tẽporib⁹ de/
bitis: qm̃ vigilia multa nocet ei. ℂ Ait Ras. x° ↄtinẽ. non
est vtendum ꝓuocantib⁹ vrinã .s. cibis ꝛ medicinis .s. ante
declinationẽ vel ante sufficientẽ eũonem. qñ ante diureti/
ca sumpta sunt cã decoctiõis mãerũ ad locuȝ augmẽti apo
stematis. Dixit .n. ampli⁹. viteť oĩa ꝓuocãtia vrinam. Et
viteť oẽs cibi grossi difficilis digõnis. Et vsus fit in cibis
subtilibus q faciliter digeranť sumpti ex frigidis in apate
calido: ꝛ ex calidis in frido. Et potus in calido fit aq̃ ordei
vel aq̃ zuccari: aut aqua cũ aliquo ꝓuocãte frigido: ꝛ leui/
ter sicut cum semine melonis. Et in frigido aq̃ mellis ꝛ mi
nuať multũ q̃ȝtitas cibi: ꝛ pot⁹ etiã maxime in cena ſm exi
gentiã v̾tutis. Et omni die ꝓcuret expulsio superfluitatuȝ.
Et deuiteť coitus. ℂ Cura generalis per potionẽ consistit
circa euacuationẽ mãe cause antecedẽtis eiusqȝ diuersionẽ
ꝑmittendo digõnem eius vbi opȝ. Digerať ergo mã ꝛ ca/
lida ꝛ frigida ſm ꝙ sibi ↄuenit ꝛ euacueť cuȝ medicina ei
appropriata: oȝ tñ ne eũatio fiat laboriosa aut fortis ne cõ/
moueat hũores multos ad intestina vicina renib⁹ ꝛ vesice
quapropter eũatio cũ lenitiuis multũ laudať. Ꝙ si neces/
saria fuerit medicina fortis ꝓpter dispõnem hũoris extra/
hendi fiat tũc debilis p diminutionẽ dos. eius: vt fit medi/
cina fortis debilis. Et diuersio fiat cũ fricationib⁹ ꝛ vento/
sis positis in superioribus extremis: ꝛ precipue cũ vomitu
ipse enim hic iuuatiuus est valde.

Cura specialis v̾o variatur varietate mãe apatis. ipsa
nãqȝ respicit mãm apatis tam fluentem q̃ȝ iaȝ flu
xam variãdo remedia ſm diuersa tempora ipsi⁹ apatis. Et

De flõmia ꝛ alijs cũo nib⁹ sedãtib⁹ i pncipio.

corrigit accidẽtia. ℂ Et circa mãm fluentem ꝛ in pncipio
dixit Ras. x° ↄtinentis. Incipe in pncipio passionis ad mi
nuendũ basilicã. Et Almã. dixit. eger de basilica flõmetur.
Et dixit Hal. Si a causa extrinseca ꝓuenerit apostema ba/
silicã minue. Et silr si ꝓuenerit ab itrinseca cã. Dixit Aui.
opȝ in primis: qꝛ in pncipio vt ex basilica sinistra fiat flebo
tomia ſm virtutẽ: est enĩ pma curationũ eius ꝛ melior ca/
ruȝ. Et magis subito sedat apostema ꝛ dolorẽ eius. Dixit
autẽ ex sinistra: dicunt qdam: vt nõ fiat tractus mãe supra
epar. Uel vt dicunt qdaȝ alij: qꝛ sinistra pars plures aggre
gat supfluitates cũ sit debilior dextra. Et dixit Ignor⁹. fiat
flõmia in ipsa hora .i. q̃ȝ citius fieri poterit. Et dixit Ras.
vbi supra. in fine .i. in ꝓcessu minue saphenam si necessaria
fuerit apertio ei⁹. Et Aui. dixit. In tẽpore finis augmẽti ꝛ
statu hoc apostema descẽdit .i. minuitur cũ flõmia saphene
qꝛ euacuat de mã ↄiuncta apatis. ℂ Et post flõmiam basi
lice mũdifica sanguinẽ. Et eũa colerã cuȝ medicinis lenib⁹
ꝛ clysterib⁹ lenibus. Dixit Hal. si sicca fuerit natura medi
cinã da lenientẽ ꝛ clysteri leni clysteriza: sicut cũ aqua sicle
ꝛ geleniabin ꝛ oleo viol. ꝛ gariofi. aut cuȝ aqua in qua al/
tei cortex ꝛ sebesten ꝛ furfur ꝛ maluaȝ ꝛ violaceã. Et fri
ca in ea cassiefi. medullã cum oleo viol. sup. ꝛ filibus. dixit
Aui. qñqȝ cõpetit clysterizatio cum pdictis lenitiuis mix/
tis cũ frigidis: ꝛ hoc maxime in apostemate colerico. Cly/
stere tñ fieri oȝ cum cautela ꝛ suauitate: ꝛ tunc maxime qñ
apostema multũ cõprimit intestinũ rectum: ꝛ aliter nõ. Po
test etiã in fine augmẽti ꝛ statu fieri aliqua ꝓuocatio cũ le/
nib⁹ diureticis: sicut dixit Paulus cum aq̃ melonis ꝛ apij
sicut in fine pncipij ꝛ pncipio augmẽti post flõmiaȝ basili
ce ꝛ ventris lenitioneȝ conuenit aqua melonis vel citruli.

De medicĩnis localib⁹ ab extra applicandis in pncipio

ℂ De localib⁹ aũt remedijs applicandis ab extra: ꝛ inijciẽ
dis etiã in vesicã. dixit Ras. x° ↄtinẽ. dico apostema i vesi/
ca idiget mollificatiõe in pncipio modo diuerso magis q̃ȝ
egeatur in alijs mẽbris: eo ꝙ multum est neruosa non idi/
gens stipticis ꝛ glutinatiuis. Et hoc verũ est qñ apa proce
dit a cã intrinseca pauce caliditatis nõ inflãmata. Si auteȝ
ꝓcederet a cã extrinseca aut itrinseca multe caliditatis oȝ
inceptio fiat a repercussiuis frigidis. Uerũtamẽ nõ debẽt ap
proximari frigida eleuata multũ in gradu friditatis: ꝛ silr
neqȝ multũ stiptica neqȝ debent actu frigida approximari
neqȝ diu ↄtinuari siue extra applicenť siue in vesicã inijciã/
tur ne mãm apatis ingrossent ꝛ indurẽt que de se est satis
apta indurari. Dixit Auic. si illic fuerit caliditas valde ve/
hemẽs: qꝛ mã fuerit multũ calida festina ad apponẽdũ em
plastra apocrustica .i. repercussiua ꝛ hoc fac in pncipio: sed
spacio breui: ꝛ nõ supfluas in eis neqȝ ꝓlongeris. Nã hoc
esset nocumẽtuȝ .s. qꝛ induceret apostema velociter. Et ꝓ/
pterea si nõ fuerit caliditas valde vehemẽs. dixit Auic. si i/
ceperis a mollificatiuis. sup. nõ puris: sed mixtis cuȝ rep/
cussiuis cũ non fuerit aliqd qð ab hoc .s. mollificatiuo ꝓ/
hibeat ex sensu vehemẽti .i. ex sensatione intẽse caliditatis
aut intẽsi doloris attrahẽtis ad locum mãm erit illud me/
lius: qm̃ mẽbrum est neruosum. Et mẽbra neruosa multũ
ledũtur a repcussiuis puris maxime intẽse frigiditatis: aut
diu ↄtinuatis. Et ꝓpter hanc cãm dixit Auicẽ. magna fit
tranquillitas patiẽtis hoc apostema ex vaporationib⁹ rep
cussiuis spacio breui factis cum spõgia .s. vel filtro. ℂ Di/
xit Ras. in diuisionib⁹. liniať cum oleo viole. vsqȝ ad tres
dies: ꝛ est hoc vtile. Hal. v̾o ait. in facto a cã intrinseca. lo/
cum iniunge oleo viol. ꝛ aquã supinfunde calidaȝ. Et in fa
cto a cã intrinseca dixit in pncipio locum epithimatis cuȝ
ceroto facto ex incube aqua ꝛ solatri ꝛ sempuiue oleo vio
la. ꝛ cera alba. Et post hoc .s. post hãc inunctionẽ cum or/
dei farina cataplasma ꝛ carbimia ꝛ violis siccis ꝛ sãdalis
cum aqua solatri distemperatis: aut cum rasura cucurbite
ꝛ oleo viol. ℂ De medicinis aũt mollificatiuis in pncipio
quãdo nõ ꝓhibentur. dixit Paulus. epithima locuȝ cũ eo
qð mollificat: sicut cum decoctiõe aneti fenugreci altee cuꝫ
sci radicũ. Et Ignor⁹ dixit. calefaciẽda est vesica cum oleo
aneti ꝛ radicib⁹ altee. Et. A. dixit. fit trãquillitas ex lanis

infusis aqua in qua decocta sunt lenitiua resolutiua.s.sine attractiõe qualia sunt anodina. Et silr cũ vesicis in quibus sufflatũ est.sup.⁊ postea exiccatis plenis aqua calida.s.sola vel decoctiõis dictaꝝ rerum lenientiũ. Et oleis lenitiuis subtiliatiuis ꝓpinquis eis que iaꝫ sciuisti in caꝰ curatiõis apatis calidi renũ:debẽt tñ esse magis mollificatiua lenitiua ⁊ resolutiua. Rab.tñ in diuisionibꝰ dixit.differẽda esse huius lenitiua resolutiua vt camomilla cũ semine lini ⁊ farina fabaꝝ cum rob.i.sapa quousqꝫ sedet dolor ⁊ ꝑtereat hebdomada vna:⁊ hoc maxime si fuerint in ꝑmixta cũ aliquibꝰ frigidis. Et cõsimilia ꝑdictis debẽt esse que hoc tpe iniiciunt in vesicã.

De iniectionibꝰ p syringã in vesicam.

¶ De iniectione tñ in vesicã dixit Rab. 10.ꝯtinentis.dico non esse vtendũ clysteri in vesica penes apa.qꝛ hec clysteria excitãt dolorẽ per imissionẽ instrumẽti. In casu tñ ꝙ patiens toleraret iniectiones absqꝫ dolore forti debemꝰ eis vti. Dixit enim Aui.subtilia te ⁊ igeniare vt iniicias si tolerat per syringã. Et in ꝑncipio dixit Rab.si tolerat iniicias in vesicã quod fit sicut mucillago psilij cum lacte asinino:qm̃ hec duo simul iniecta sunt magis salua. dicunt.ꝙ̃ alia fridiora vel ꝙ̃ vtrunqꝫ eoꝝ per se solum. In hoc etiã tẽpore ꝯuenit per interiꝰ sumere qd̃ fit in ꝟtute ꝑdictoꝝ.dixit Hal. ℞.medullaꝝ seminis cucurbite cucumeris citruli ⁊ melonis.añ.ʒ.v.iciis portula.ʒ.iiij.scis altee ⁊ malue ⁊ bersuasam.añ.ʒ.iij.tere ⁊ da.ʒ.ij.cũ syrupo viola. aut cũ iuleb. ¶ Dixit Aui.de emplis bonis post ꝑncipiũ inceptiõis.i.initiatiuũ:qꝛ in ꝓcessu ꝑncipij ẽ illud qd̃ fit ex simila ⁊ sisamo excorticato cũ lacte asine.s.vel capre ⁊ olo viol.⁊ camomellino ⁊ similibus. Et silr conferunt napi.i.napones ⁊ ẽt rape elixate emplate ⁊ vaporate. Dixit Simeõ. emplastrãda est vesica cũ rapis elixis aut cũ caulibꝰ ⁊ maluauisco. Ista enim empla de rapis ⁊ de caulibꝰ in apate remisse caliditatis ꝯueniunt circa finẽ ꝑncipij:ac etiã ꝑnm augmẽti. Et ꝯuenit ẽt aq̃ in qua decoqtur semẽ lini fenugrecũ napi caulis ⁊ silia.

In augmẽto statu ⁊ declinatiõe

¶ In apate autẽ intẽse caliditatꝭ aut ꝓcedente a cã primitiua opꝫ vt minuant repcussiua vt fiat additio cuꝫ eis aliquoꝝ lenitiuoꝝ resolutiuoꝝ ꝑdictoꝝ. ¶ Post processuꝫ aũt augmẽti.dixit Aui.cũ hebdomadã pertrãsit:qꝛ tunc vtplm̃ est in fine augmẽti apatis calidi fꝫ plm̃:⁊ appropinq̃t statꝰ adhibeant farina fabaꝝ:⁊ semen lini ⁊ camomillaꝝ cuꝫ triplicato.i.sapa. Si tñ apa ẽẽt inflãmatũ adde ꝑdictis viol.⁊ maluã. Et dilata te.dixit.A. si post augmẽtuꝫ in statu in administratiõe resoluẽtiũ ascẽdendo ad gradũ intẽsiorem gradatim. Uel dilata te.s.post statum in declinatiõe in administratiõe resoluẽtiuꝫ.s.puro cuꝫ fortioꝝ vel minꝰ fortiũ fm dispõnem apatis:que resoluẽtia sũme ex emplis ⁊ alijs dictis in cura apatuꝫ caloruꝫ renum in hoc tpe. Et subdit Auic.qñqꝫ eges emplo facto ex hisopo humida ⁊ castore.⁊ cera ⁊ marie post narcotica si ea approximasti. Et in hac hora.s.statu ⁊ declinatiõe.dixit Auic.scias ꝙ assiduatio sessiõis in tina est valde iuuatiua:ita ꝙ qñ aduenit eis vt vrinare velint:rectiꝰ est vt vrinẽt in tina. Et ea que cõponunt in tinis eorũ meliores sunt illis in quibꝰ est mollificatio.s.cũ resolõne. Et qñqꝫ ponuntur i eis darsisaen ⁊ ciperi ⁊ cordumeni ⁊ spica ⁊ amomuꝫ ⁊ squantuꝫ cum fenugreco. Et hoc esset qñ esset necessitas maioris resolõnis ⁊ mã facta ẽẽt bene obediens resolõni: hec.n.dixit Aui.sedant dolorẽ ⁊ apa.s.resoluunt.

Cura apatis vesice qñ tendit ad saniē.

¶ Si aũt sic nõ resoluit tũc.dixit Rab.in diuisionibꝰ.res cõuertit ad saniẽ aut ad apa duruꝫ. Cũ ergo aggregat saniez curet sicut diximꝰ in apostemate renũ qd̃ saniatur.⁊ Hal. dixit vt ad statũ apostema ꝑuenerit ⁊ saniatiõis aggrediet semitã calidam oportebit instillare aquã in qua mellilotũ camomillã fenugrecũ semen lini ⁊ capil.ve.decoxeris cuꝫ oleo viol.⁊ cheirino. Et locũ cataplasma filtro qd̃ in illoꝝ intinxeris aq̃ aut cum pãno iplicato vel spongia. Et emplastrũ hoc adhibe. ℞.mellilotũ camomillã fenugrecũ semẽ lini ⁊ adiantũ tere:⁊ cum sicuũ melle distẽpera decoctaruꝫ ⁊ expressarũ cũ modico gallinꝫ ⁊ anatis adipe ⁊ oleo cheirino liq̃factis simul. Et Aui.dixit.cura est prima cure duhellati renuꝫ:sed est necessariũ vt medicie eiꝰ sint fortiores.

¶ Qꝛ si apostema vesice calidum ꝯuertitur ad duritiẽ tunc dixit Rab.in diuisionibꝰ. Cura eius est sumere medulã cassie ⁊ oleum amig.s.dulciũ super aqua seminũ ꝓuocantiuꝫ vrinam ⁊ melõis ⁊ apij feniculi ⁊ similiũ. Et sorbeat aquã cauliuꝫ.s.semicoctoꝝ ⁊ aquam seminũ cum oleo amig. Et ab extra emplet̃ur locus apatis sic apparet. Et si nõ emplastret cõmissura ⁊ virga ⁊ pectẽ cum emplis dictis in cura apatis duri renũ:⁊ inunge cum aliquo oleo sepe.s.mollitiuo. Et fac ipsum assiduare tinam in qua decoxeris radices capparis alias ⁊ meliꝰ caulis ⁊ camomillã ⁊ radices viol. ⁊ altee. Et Aui.dixit.curationes duritiei vesice sunt eedeꝫ cum eis que sunt duritiei renũ ex iunctionibꝰ ⁊ vaporationibꝰ ⁊ administrationibꝰ tinarũ fm graditionẽ dictã illic. Et cũ hoc in potu exhibe aquas in quibꝰ decocta sunt diuretica cum mollescit duritiee. Et ex his que sunt ꝓpinãda huic duritiei vesice sunt vt administrent medicine ille p syringam iniiciẽdo eas in vesicam si possibile fuerit.

¶ Cura võ apatis fridi flãtici vesice vel melici est oino silis ei que est apatum fridoꝝ renum ⁊ ad illam recurratur.

¶ Cura vero per cyrurgiam est vt si apparuerit tumor in cõmissura que est inter anum ⁊ bursam testiculoruꝫ. Et fuerit in eo maturatio aperiatur fm modum apertionis que fit ad extrahendum lapidem.

¶ De intentione ad accidẽtia.dixit Simeon efficacius iter omnia ad mitigationẽ doloris est pila cuius aqua coquitur cum lenificatiuis ⁊ dissolutiuis. Dixit Rab.xꝰ ꝯtinentis. si vehemens fiat dolor ꝓcede cum eo qd̃ mitigat dolorem de pila ⁊ cuꝫ eo qd̃ mollificat de oleo:⁊ cuꝫ eo quod dissoluit apa de tali cã:sicut cuꝫ camomilla semine lini ⁊ semine maluauisci fenugreco ⁊ caulibꝰ. Et sedere dꝫ patiẽs in decoctione ipsoꝝ. Et fiat inde epithimatio ⁊ emplastratio.⁊ dixit.clystere fiat.s.vesice lenitiuũ factum de papauere ordeo adipe anatis ⁊ galline. ¶ Qꝛ si vehemens fiat dolor ⁊ timet mors.dixit Auic.nõ est excusatio narcoticis linitis epithimatis ⁊ suppositis in ano.⁊ iniectis etiam per syringã si tolerat eam. Et potiões etiã ⁊ regimen per dietã sicut dictuꝫ est in cura birsen ⁊ sirsen. Dixit Oribasius.ego supponebã eis opiũ cum croco ⁊ dormiebant. Et Rab.dixit. ego in hac dispõne sumo opij.ʒ.vnius quartã.⁊ misceo cũ oleo viol.⁊ modico croco.⁊ do in potu.s.in pluribꝰ vicibus. Aut suppono ano.qm̃ dat quieteꝫ.mitigat doloreꝫ:⁊ dormit inde patiens statim.

¶ De vlceribus vesice. Cap.v.

Ulcera in vesice contingũt:sicut in alijs mẽbris quandoqꝫ a causa extrinseca:⁊ quãdoqꝫ ab intrinseca.

De cã extrinseca.

De causa extrinseca recitauit Gal.primo de iterioribꝰ.cap.primo cãꝫ talẽ. Quidã percussus fuit in latere pudẽdi:que ꝑcussio nimis intro tetẽdit ⁊ permãsit per tres dies absqꝫ vllo cibo ⁊ potu.in quarta die post medicationẽ cibum suscepit ⁊ potum:in occasu aũt solis medico ad eũ veniẽte medicinã vulneri impositura:vrina egressa est.s.per vulnus in mẽsura quatuor cotilarum.i.16.℥.prius mictuꝫ ire non potuit. Et de magno dolore ⁊ grauitate quam prius patiebat in pectine mãifestauit se ꝑuisse. Unde notissime credimꝰ vesicam eiꝰ fuisse incisaꝫ.

De cã intrinseca.

¶ Et cã qdem intrinseca qñqꝫ est lapis excoriãs. Et qñqꝫ est humor colericꝰ aut salsus mordicatiuꝰ corrosiuus ⁊ excoriatiuꝰ:ꝓpter qd̃ dixit Auic.in eo cui assidue fit vrina acuta succedũt inde vlcera. Dicit enim scd̃o epidimia.habẽtes corpora colerica quorũ vrina semp est acuta pungitiua apta sunt ad vlcera vesice. Et dicit ibidẽ:habentibus cõplõnes ex quibꝰ dissoluitur vapor fumosus vt eos pungat vrina ex acuitate eius

frequenter

frequenter accidunt vlcera in vesica: nisi frequēter balneo vtātur & humectatione. de quibus dixit Rasis. x° ɔtinentis. expedit vt ɔserues eos cum aqua ordei & humectatione complexionis: quoniā vrina eorum erit acuta pungens eos nisi velociter fiat balneū: deinde in fine eoꝝ cū seniores fuerint frequēs erit acuitas vrine: & inde accidēt in vesicis eoꝝ vlcera & inde moriunt. Et qñq3 est causa eius apostema vel bothor qd̄ rumpitur: & saniatur & rumpitur. Et vlcus quidē vesice quādoq3 accidit in ɔcauo eius ex pte nervosa. & qñq3 in collo eius ex parte carnosa.

Signa vlceris vesice. dixit Ras. x° ɔtinē. fetor horribilis i vrina semp significat vlcera vesice si fuerit cū sanguine & pure. ❧ Dixit Ypo. 4° afo. si sanguinem & pus mingūt & squamas: & odor grauis sit in vrina vesice vlceratione significat. Et sentit patiens dolorē cum mingit intensuz in capite virge ppter multuz sensum huiꝰ partis: vnde a sanie egrediēte punctionē ferre nō pōt multū etiam vesice cōpatitur. ❧ Dixit Biserapion. distinguit inter vlcera vesice: & vlcera poroꝝ vrinidū: q2 qñ sūt in vesica i vrina erit fetor. In illis vero nō erit fetor. Et distinguit inter vlcera virge & vesice. dixit Ras. in diuisionibꝰ: q2 quādo sūt in virga egredit ante vrinā sanies: & sentit eger dolorē cuz mingit in loco vlceris. Cum aūt sunt vlcera propinqua vesice aut apud eā egreditur sanies pmixta vrine: & inest ei fetor. ❧ Dixit Ypo. in afo. vesicaz habere incisam mortale: q2 vt dixit Auic. si finditur vesica nō incarnatur nisi cadat fixura in parte eiꝰ carnosa. s. in collo eiꝰ. Et dixit Aui. vlcera vesice sunt difficiliora plurimū ad curandū q3 vlcera renum: quoniam sunt vlcera mēbri neruosi: que vero renum carnosi. Et q2 vesica est pauci sanguinis: qd̄ tamen accidit in collo eius est faciliori curationis. Et adhuc plus qd̄ accidit in meatu virge. Et vlcera pororuz vrinidum tenent in hoc medium inter vlcera renum & vesice.

Cura vlcerum vesice triplici pficitur instrumēto. s. dieta potione & cyrugia. ❧ Pro regimie diete oportet vitare omnem excellentiū qualitatū actiuaruz: ita q vesice nihil approximet actu frigidū: imo etiam neq3 multum calidū: sed quecūq3 ei administrant sint tepida: aut ad mitem caliditatez declinantia. Non enim debēt approximari frigido aeri aut aque neq3 etiā calori ignis vel solis precipue mēbra vesice adiacentia. Et deuitetur aer grossus paludestris humidus & nebulosus: sed eligat aer subtilis clarus siccus naturaliter sic existēs vel artificialiter factꝰ in camera. ❧ Et vitet ira furor tristitia sollicitudoq3 multa rei politice vel familiaris: sed cum bona spe letetur & gaudeat diuertēdo animū suum ad genera solatiorū quecūq3 placibilia sunt ei. ❧ Omnis aūt fortis motus nociuus est & psertim mēbrorū inferioruz & ambulatio & eqtatio: nisi valde mitis fuerit. Et silr ipsoꝝ fortis fricatio. Et omne balneū aque dulcis seu humectatiuū. Dixit Aui. omne exercitium nocet eis: q2 acuit & inflāmat. Si aūt fit ita leue vt nō inflāmet est iuuatiuuz: q2 mēbra confortat. Expiatur ergo in exercitio. Motus tñ & fricatio. al's scarificatio & ventosatio ptium superioꝝ confert diuertēdo: sed adhereāt geti inferioꝝ q̃tum possunt. Et deuitēt vigilias multas & accubitum supinū & pronum. adhereant autē somno plus dormiēdo super alteꝝ laterū. ❧ Dixit Aui. opz vt deuitentur cibaria. s. & pocula acuta salsa & acetosa: & etiā vehementis dulcedinis cōuertibilia ad colam. sup. & hñtia amaritudinem: q2 hec oīa hūores generāt acutos additionē facientes in vlcere pter acetosa: sed & ipsa nocēt cū punctiōe & mordicatione sua. Et deuitēt etiā oīa cibaria grossa difficilis digestionis & mali nutrimēti: q̃re opz vt deuitēt acrumina maxime & omnia aromata acuta: & herbas amaras & quecūq3 salsa ex carnibꝰ caseo vel piscibꝰ. Et acetū & quecūq3 cū eo parant cibaria. Et dixit Ras. x° ɔtinentiꝫ. cicera nocent eis in quibus est vlcus in vesica. Et silr porrum vltra marinū & andegen nocēt vesice. Et dactili si in magna q̃titate sumātur. excoriāt eniz vesicā & vlcerāt eā. sup. & silr carice. & sparagus: vt dixit Pliniꝰ lib. 20. Et deuitēt omnia vina calida cocta acuta antiqua & multum dulcia: & silr acetosa fictia. sup. & quecūq3 ex cibarijs & potibꝰ supradicta sunt nocere vlceribꝰ renum. ❧ S3 expedit dixit Ras. x° ɔtinē. vt vtantur glutinatiōe frequēti. i. cibis & potibꝰ facientibus glutinationē. i. nutrim̄ viscosum adherēs: gn̄atiuū tñ boni chimi. Vñ expedit. dixit Ras. vt sumāt in potu lac: & ius galline pinguis factū spideheg. i. viscosuz glutinatiuū: sicut qd̄ pparatur in geladie cū sandalis vel murtito absq3 spēbꝰ calidis. Ait Theodosiꝰ: zoē lac cum nutrimētis lenibꝰ cōuenit. Dixit tñ Ras. ad vlcera renū & vesice in aq̄ lactis nō ponatur sal. ❧ Dixit Azaraviꝰ lib. 26. cōdimentū valens vlceribus vesice & virge. Re. amilū & farinaz fabarū & decoque cum lacte vel aq̄ furfuris que sit de simila. i. in qua sit ð flore farine & zuccaro & oleo amig. d. & da mane & sero: & cōuenit rizum & sauich ordei & panis sit similagineꝰ. Et conueniunt genera panici & milij. Et carnes ex bonis auibꝰ sumpte maxime siluestribꝰ: & extrema domesticoꝝ. ppric q̃drupedū & oua sorbilia. Et cōuenit comestio cācroꝝ & conchularū fluuialiū. Et ex oleribꝰ conueniūt que sunt stiptica pcipue plātago & ɔsolida maior & media. ❧ De fructibꝰ silr q sunt stiptici. Et qdam ɔcedūt dactilos in parua q̃titate & grana pini. Et dixit Simeon. ad vlcera cronica in qbus cessauit cura da in potu de lacte asinino p. xxi. diem: sed tñ ante purgādū est corpus. Et dicunt qdam. si tale lac fuerit extinctū cū lapidibꝰ fluuialibꝰ ignitis erit meliꝰ. ❧ Parētur oīa cibaria ex carnibꝰ assa & in forma sicca: & sint insipida pro appositiōe pauci salis. ❧ Et vina que bibūt sint debilia paucifera clara & subtilia limphata cuz aqua decocta vel ferrea. Minuāt cibū & potum: & s3 maxime potū: & si sitim habuerint. Dixit Ras. x° ɔtinē. sumāt in potu lac aut iulep aut syrupū viol. ❧ Alterent tēpore caloris cum seminibꝰ cōibus frigidis vel cuz lactuca vel semine papaueris albi si dolor adesset vehemēs & aliqñ cum sumach vel agresta vel cum ɔsolida maiori vel media. Succus enī eiꝰ sepe sumptꝰ: & per syringiam iniectus multū ɔuenit huic egritudini. Et valet vt dicunt multū radix lus maioris decocta cum ouo in testa & comesta. Et dixit Ras. x° continētis. vitandus est coitus.

Cura vo per potionē aut respicit cām āntean descendētem ad vesicā & corpus totū: aut ipsa vesice vlcera. Et pma qdem harū intētionū complet per mundificationē & eūonem ipsiꝰ mãe & ipsius diuersionem & alterationez. Et scd̄a ipletur p vlceris mūdificationē: & ipsiꝰ postea ɔsolidationē & accidentiū correctionē. ❧ Pro qbus oibꝰ adimplendis in gñali dixit Aui. considera in can. dictis in curatione vlcerū. s. renuz: & pmuta plīn eoꝝ ad hunc locū. Et ppea cōsidera in eo qd̄ dictū est ibi in potu generum lactis: q2 ipsa iuuatiua sunt fm cōditiones dictas illic in curatione vlcerū meatuū vrine: & pcipue lac equarū. ❧ De intentiōe aūt ad mundificationem scias q si expediēs fuerit flōmia ipsa fienda est de basilica. Et post eam vel & si nō fuerit necessaria digerat mā cum eo qd̄ digerit humorem acutū aut haurachiū. Et silr postea euacuet cum eo qd̄ talem humorē educit ex his que dicta sunt in cura vlcerū renuz. deinde diuertat mā ab instris vrine cū vomitu ppric & fluxu ventris. ❧ Diuertūt aūt mām ad itestina syrupus viol. in quo infusi fuerint mirab. citrini vel ipsi indi: deinde colatus & mixtꝰ cū medula cassiefi. vel māna vel vtriusq3 distēperatis in aqs fumiterre & lupuloꝝ cū frequēter accipitur. ❧ Et ex eis est eūum qd̄ sic fit. Re. passul. seminū cōium frigidoꝝ. añ. ℥. i. viol. ʒ. ij. pruna. x v. nūero. iubebas. x. numero. buglose endiuie. añ. M. i. polipodij sene. añ. ℥. ij. cartami. ℥. i. s. macis seis anisi & fenic. añ. ʒ. ij. seis endiuie. ʒ. iij. mirab. citrinoꝝ & chebuloꝝ. añ. ℥. s. infundant in aq̄ cal.

Sig^a disti-ctiua inter vlcera vesi-ce & poroꝝ vrinidū: iter vlcera virge & ve-sice.

De regi-mi... & cyrur...

Cibaria q̄ nocēt pa-tientibꝰ vl-cera vesice

Cibaria q̄ iuuāt.

De... cione & di... ...

per diem nāle: postea decoquant᷑ vsq; ad ꝯsumptionem duarū partiū: deinde in ipsa aq̄ manib⁹ bene fricent᷑ ⁊ colentur cū expressione. Et in colatura ponant᷑ medulle cassiefi. ℥.viij. ⁊ zuccari. ℥.vi. ⁊ decoquant᷑ ad spissitudinē mellis. Et detur ex eo semel in septimana de mane doß. ab. ℥.ß. vsq; ad .i. cū calida. ¶ Aliud vtile. ℞. prunas iuiubas ⁊ sebesten. añ. numero. viij. viol. roß. ligri. rose. añ. ʒ.ij. passularū folliculoꝝ sene polipodij. añ. ℥.ß. anisi feniculi. añ. ʒ.iij. decoquant᷑ in aqua sublimatiōis buglose vel succo ei⁹ depurato. Et sit lib. iij. tūc coletur ⁊ in colatura dissoluant᷑ medulle cassiefi. ℥.vi. māne. ℥.iij. zuccari viol. ℥.iiij. ⁊ colentur ⁊ in hac colatura ponat᷑ syrupi viol. facti cum succo violarū lib.ß. ⁊ decoquat᷑ ad perfectionē doß. vt superioris: posset ēt recipi ante cibū paruz ⁊ frequēter: sicut visum fuerit oportere. ¶ In intētione aūt alteratiōis discrasie ⁊ acuitatis materie ꝯueniūt syrupus viol. nenufarin⁹ cucurbitinus ⁊ alij his similes cū aq̄s endiuie lactuce ⁊ solatri ⁊ silib⁹ aquis.

Cura per mūdificationē vlceris ⁊ ꝯsolidationem eius.

¶ De implēdis aūt intētionib⁹ mūdificationis ⁊ ꝯsolidationis vlceris. dixit Aui. scias ꝙ ꝯseruatio in curatiōe borū vlcerū est vt administrent᷑ in ꝑmis mūdificatio ipsoꝝ: deinde ꝯsequēter facta mundificatiōe adhibeant᷑ medicine que mūdificatis ꝯueniunt vlcerib⁹: que sunt medicīe exiccatiue incarnatiue ꝯsolidatiue.

De mūdificatiuis.

¶ Mūdificāt aūt ipsa que sunt sicut aqua ordei: aq̄ zuccari aqua mellis in q̄rū altera vel plurib⁹ sint decocta diuretica nō excedētis caliditatis. dixit enim Raß. x° ꝯti. ex 4° afo. medicine attenuatiue nō ꝯferunt vlcerib⁹ instrū vrine: sed excitāt ea in vltimo. supple. ⁊ maxime cū mūdificatiuis mixte. Sed tēperate ꝑuocantia cum eis ꝯueniūt qn̄ bibunt᷑: qm̄ ducit᷑ mūdificatiuū per ea ad vesicā. Mūdificant᷑ etiā vlcera vesice per mūdificantia iniecta in eā. ¶ Et ꝑdicte qdem aque ꝯueniunt in vlcerib⁹ nō mltū sordidis. In multū at sordidis nō sufficerent: sed egetur fortiorib⁹ vt aqua mellis ⁊ ficuū aq̄ furfuris lixiuiū ⁊ silia. dixit Auic. si illud qd̄ mingit᷑ est fuscū vel nigrū: opꝫ ꝙ iniiciat᷑ in vesicā illud qd̄ subtiliat᷑. s. per decolationē a cinere arboris ficus: aut quercus: aut a cinere secbe. Dicunt qdā .i. abrotani donec mūdificet᷑ vltime. hec eniz lixiuia sunt multū lauatiua. Et in his vlceribus sordidis. dixit Raß. x° ꝯtinē. si illud qd̄ egreditur de vesica ē putredo fetens clysterizanda est cū troc. in qbus ponit᷑ de ere vsto ⁊ silibus. s. dissolutis in aq̄ mellis. Si autē fuerit fetor minor. s. paru⁹ sufficiet ei aq̄ casei ⁊ aqua mellis ad abstergendū ⁊ mundificādū. Et ꝯueniunt in hoc casu troc. alchebchēgi cū aqua mellis dissoluti ⁊ iniecti. ¶ Et de mūdificatiuis sumēdis per os dixit Hal. sume pineas purgatas numero. x. seminis cucumeris. ʒ.iiij. amili ⁊ spice. añ. exagiuz ß. seis apij exagia duo: coque spicā ⁊ apij semē in. ℥.ij. s. aq̄ vsq; ad mediuz: ⁊ cum ea. s. collatura alia distēpera ⁊ da cum rob. vini. ¶ Et Paulus dixit. ℞. camedreos camepitheos añ. exagia. xij. seis papaueris ⁊ assari. añ. exagia. xxx. cinamomi exagia. x. ⁊ cū vini rob coclearia duo exhibe. Tragea qua vtendū est tēpore mūdificationis. ℞. pineaꝝ lotarum exiccataꝝ fisticoꝝ. añ. ℥.ß. liquiri. ʒ.ij. papaueris albi. ℥.i. seminū cōium mundatoꝝ olum. añ. ℥.i.ß. seminis lactuce ⁊ endiuie. añ. ℥.ß. passularū enucleataꝝ. ℥.iij. cinamomi. ʒ.ij. zuccari ad pōdus olum doß. coclear. j.

De ꝯsolidatiuis.

tamarindorum. In processu vero cõfert sumere in potu mu cillaginẽ psilij. ⁊ aquã portul. ⁊ silia cũ iulep. s. viol. vel ne nufarino. Et conueniunt electuaria frigida resumptiua facta ex carne testudinũ ⁊ ranarũ ex lacte asinino cũ zuccaro addito eis gũmi arab. dragaganto spondio flore lãbausce ⁊ succo liquir. Nam ẽt in processu non sunt expolianda medicami na ab aliquibus stipticis. Odorent sepe camphoram viol. nenufar ⁊ silia redolentia frigida. ¶ In dyabete aũt frigida conueniunt medicamina odorifera cordialia ⁊ stomatica ca lida cum declinatione ad stipticitatẽ. ¶ Dixit Aui. se nũq̃ vidisse talẽ dyabetẽ verum rexerunt his patientes quidam sapientũ antiquorũ: ⁊ dixerunt opꝫ vt fit subtilitas ad sedan dum sitim: deinde soluant cum clysteribus lenibus aliquo tiens: deinde soluant cũ pillulis de aloes. xj. numero q̃rum vnaquaq; sit sicut cicer. sup. pluribus vel paucioribus: vel cũ alijs solutiuis ſm exigentiam: deinde dimitte eos tribus diebus ⁊ iteret hoc regimẽ: deinde fac eos vomere super ci bum cũ rafano: ⁊ q̃ sunt illi silia: deinde calefac corpus eius cũ ventosis que ponant sup ipsuꝫ. s. sine scarificatione ⁊ po nantur in spatulis natibus renibus brachijs coxis ⁊ pulpis crurĩũ. Et vnctiones ⁊ fumigationes. s. calefacientes fiant ⁊ proprie sup extremitates. Et quãq; est tibi necesse vt vtaris sup ipsum medicinis rubificantibus: deinde quiescat aliqui bus diebus: deinde exercitetur cũ equitatione equali: ⁊ fri catione tẽperata: ⁊ proprie in extremitatibus eius. Et in fi ne eius pcipiatur vti balneo calido ⁊ bibatur vinũ odorife rum grossum rubeũ. Et siquidẽ fuerit patiens sine siti dent calidiora. Et tyriaca bonoꝛasia opopira ⁊ silia. ¶ Utile. ℞. castor. myrrhe seminis petro. cupullaꝝ glandiũ. aũ. ℥. s. pulverizentur: dos. ℥. i. cũ syrupo mirti. ¶ De approximan dis aũt extra. In facta a caliditate dixit Sera. conueniũt em plastra ⁊ linimenta frigida stiptica qualia sunt que cõferũt dyarie cũ inflãmatione multa: sed debẽt poni sup duo emũ ctoria. i. flancos ⁊ sup alkatin. Dixit haly. empla renes cuꝫ sandalo albo: camfora: ⁊ aqua ros. ¶ Emplm bonum con fortans renes. ℞. cupullaꝝ glandiũ psidie. i. cortices grana ti balaustie acatie ros. boli ar. ypoq. aũ. ℥. s. laudani. ℥. ij. mi sceantur cũ syrupo mirtino. ℞. sandal. ⁊ spodiũ ⁊ puluerisa ⁊ misce cũ farina ordei: ⁊ fac emplm cũ succo solatri semper uiue ⁊ portul. Et vtile est emplm qđ. ℞. farie ordei. ℥. ij. suc ci portul. ℥. s. incorporentur cũ succo solatri: ⁊ rasura cucur bite ⁊ decoquatur cũ oleo ros. ⁊ modico aceti. ¶ Iunctio vtilis est cerotũ Gal. cũ camphora: ⁊ oleum mandragore: ⁊ papaueris cũ spodio mixta. ¶ Utile. ℞. spodij sandal. albo rum ⁊ rubeoꝝ. aũ. ℥. i. cãphore. ℥. s. seminis portul. ⁊ rosaꝝ. aũ. ℥. iij. lactis mulieris lactãtis puellam. ℥. s. succi semper uiue solatri ⁊ plantaginis. aũ. ℥. i. aceti. ℥. s. olei de cucurbita ⁊ ro sarum. aũ. ℥. ij. ⁊ ex his potes facere vnctionẽ cũ cera vel epi thima: ⁊ postea cataplasma cũ suba coꝝ. Gili. laudauit lami nam plumbeã deferri sup renes: nam facit ad retentionẽ vri ne. ¶ Scđa aũt intentio cõplet cũ euõne peccantis humo ris cũ farmaco illi ꝯuenienti. Et flẽmia q̃dẽ raro in hac pas sione conuenit: ⁊ tunc solũ qñ esset abundãtia sanguinis in corpore: ⁊ tunc ẽt non dꝫ fieri copiosa. Leniẽtia aũt ex cassia ⁊ mãna tamarindis ⁊ zuccaro viol. sepe sumpta conueniũt pcipue in colera. ¶ Et 3ª intẽtio complet cũ oĩbus modis diuersionis: diuertẽda est. n. mã ad cutẽ. Ait. n. Sera. Inge nietur vt attrahat mã ad illud qđ apparet de corpore: ⁊ eue tur p sudorem. ¶ Dixit Aaron. fiat sudatio in balneo sicco. Et dixit Oribasius. melius erit hoc oĩbus alijs remedijs. Iđ dixit Aui. conuertat aquositas a renibus cũ sudore plu rimo forti. Fricatio tñ nulla fiat sup renibus. ¶ Et fiat ẽt in geniatio vt conuertat mã ad stõm ⁊ euẽtur in vomitu. Opꝫ aũt dixit Aui. vt cõuertatur aquositas a renibus cũ vomitu dixit Oriba. ꝯfert iuuamentum magnũ si biberint aquã fri gidam: ⁊ eam vomerint statim. s. ante q̃ calefiat in stõ. ¶ Et fiat ẽt ingeniatio vt conuertat mã ad intestina ⁊ euẽtur per eã ⁊ proprie cũ clysteribus. ¶ Dixit Aui. lenificatio nature confert eis: ⁊ si non aliter saltem cũ clysteribus tẽperatis: nã plures eoꝝ sicce existunt: n̄ decimo a clysteribus est incipien dum in cura hac ⁊ cũ eis ꝓsequẽdũ ⁊ si aliqñ forte fuerint clysteria necessaria fiant. ¶ Quarta aũt intẽtio maxime rẽ spicit sitim. Dixit Ras. in diuisionibus. teneant in ore pilul las sitim sedantes: aut frustum maial. i. cristalli: aut aliquid acetosum vt sitis sedet. Et Aui. dixit occupatio a siti est re gimen aũs. s. oĩa alia regimina. quare opꝫ vt occupetur in se dando sitim: saltẽ sumendo in potu aque superfluitatem. i. ma gnam q̃titatẽ. Et melius illic. s. ad sedandũ sitiꝫ est vt sumatur in potu aqua frigida valde: deinde euomat eam ⁊ iteret illud in eo. ¶ Dixit Gal. 6. de interioribus. est quedã passio dyabeti silis ⁊ cã multa q̃titas est cibi nullã repletionẽ ge nerantis: neq; cũ egẽne eijcitur neq; repletionẽ sed dimittit fa cit: cito. n. dissoluitur. hec tñ passio nõ plus fit sicut neq; de bes neq; dura ad euãdum est. nã prius q̃ augmentetur põt cognosci. Nam si aliquis adeo manducauerit q̃ dupluꝫ ſm hoc q̃ solet videat. ⁊ in corpore eius non appareat. i. replẽ ⁊ egẽnem non habeat. Et vr̄ mihi q̃ hec passio non fiat ni si ex veloci ⁊ forti dispõne appetitiua in sua q̃litate ⁊ virtu te remanente ſm cetera mẽbra corporis.

¶ De multitudine vrine. Cap. xviij.



Ultitudo vrine differt a dyabete ſm q̃ differunt genus a specie sua est enim omnis dyabetes multitudo vrine: sed non conuertitur q̃ omnis multitudo vrine sit dyabetes. Differt etiam ab ea in causis ⁊ accidẽ tibus vt apparebit. nam cause multitudinis vri ne remissiores sunt ⁊ debiliores causis dyabetis. Et silr etiã accidentia eius remissiora sunt.

Fit enim multitudo vrine quãq; ꝓp largum potũ pce dentẽ sicut dixit Ipo. in affo. Et quãq; fit ꝓ pter vsum ciboꝝ ⁊ medicinaꝝ prouocantium cum fortitu dine. Et quãq; fit ꝓp nimiaꝫ poroꝝ corporis densitatẽ a quo humiditates debentes insensibiliter vel in sudorẽ emitti nõ emittuntur: sed remanent in corpore ⁊ expellunt ad mẽbra vrine ⁊ multiplicant vrinã. Et quãq; fit ꝓpter multam ven tris siccitatem maxime eam que fit ex deriuatione humidita tum ad instr̃a vrine. Et quãq; fit propter fortitudinẽ expulsi ue epatis: aut propter fortitudinem attractiue renum. Aut fit: dixit Ras. 2º. ꝯtiñ. ex libro de remotorum. s. acutorum Ipo. ex potentia calefactionis capitis que liquefacit flegma ⁊ fluit ad renes: ⁊ emittitur cum vrina.

Et signum eius habet: q2 cum hoc erit rubedo ocu lorum propter caliditatẽ attrahentẽ san guinem calidum ad caput. Et fortasse erunt in hac reumata descendentia ad pectus propter illam flãtis liquefactionẽ: ⁊ de naribus tñ sine dubio erunt reumata descendentia. Et fit ẽt aliqñ ꝓpter alias causas dyabetis. ¶ Dixit Aui. multitu do vrine est ſm tres modos. de quibus vnus est ille qui fit ſm semitam dyabetis: ⁊ non illius cum qua est sitis tantũ: ꝫ que. s. non perducit ad insatietatẽ potus: imo ⁊ illius cum q̃ est sitis que non satiatur: ⁊ egreditur aq̃ sicut bibit. Et secũ dus est cũ quo est sitis: sed nõ sunt ei dispõnes dyabetis: neq; virtus eius. Et tertius est cum quo non est sitis de qua fit cu randum: ⁊ sic apparet q̃ multitudo vrine potest prouenire a cã frigida ⁊ a cã calida. Si eñi dixit Aui. adest ardor ⁊ acui tas vrine tũc cã eius est caliditas aut vlcera. ¶ Et dixit Ra sis. 1º continentis. q̃ si mictus plurimus ⁊ frequens fuerit sine frigore erit ex tenuitate sanguinis. Si vero fuerint illic cause frigide inuoluntaria emissio vrine erit: frigus eniꝫ pro uocat multotiens: ⁊ facit multitudinem vrine: propterea q̃ constringendo exprimit humiditates ad vias vrine: ⁊ ꝓpter ea q̃ calefit ventrem. i. interiora remittendo intus calorem: qui calor vnitus ⁊ fortificatus fit causa dissolutionis humi ditatum: ⁊ ipsarum attractionis ad renes.

[illegible] a dyabe te frigida

De appro ximandis ab extra i calida.

Cura scd a frigore.

De cura Dixit Aui. iam ꝑterijt curatio oium cãrũ di/ctarũ tã͂dẽ tñ posuit curã scẽ a fridditate ⁊ ait ꝙ oẽs medicine q̃ sunt facientes ad coitũ vel calefacientes sũt iuuatiue ei q hꝫ multitudinẽ vrine ex frigore. Et oua sorbi/lia in ieiuno sumpta iuuatiua sunt ei. Dñt gdã. ꝙ debẽt esse tria ⁊ ꝙ añq̃ꝫ coquant̃ debẽt isundi in aceto nocte ⁊ die. Et dixit Aui. aut sumere gña lactis cocti. Et myrrba est de me dicinis bonis ei ⁊ tbus ⁊ galãga ⁊ cipi ⁊ squãma ferri ⁊ co riandrũ. Et de ꝯferẽtibus ei est scordeon ſm oẽm modũ ad ministrationis eius ⁊ silr enula. Et potus vini rubei in quo extinctus fuerit calibs multotiẽs. Et sessio ẽt in ipso vino. ¶ Dixit Ras. 2. cõtiñ. scã ex tenuitate sanguinis curat̃ cuꝫ eis q̃ ingrossant sanguinẽ: ⁊ infrigidãt ipsum: ⁊ ꝯglutinant vt est coriandrũ lotũ. s. armenũ: ⁊ sigill. karabe acatia copul le glandiũ balaustia myrtus ⁊ silia. ¶ Et Auic. numerauit medicinã q̃ puto valere in scã a calitate: ⁊ est decoctio gra/noꝝ myrti piroꝝ siccorũ ⁊ dactiloꝝ. i. inmaturoꝝ. ¶ Dixit Sera. experti sumus ⁊ ꝓbauimus has pillulas ꝯferentes ad multitudinẽ vrie. ℞. myrrbe castorei costi amari albasce cu pullarũ glandiũ piretri. añ. terant̃ ⁊ ꝯficiant̃ cã aq̃ myrti: ⁊ det̃ ex eis apud somnũ. ʒ. i. in vino.

Cura scd a cã cala.

¶ In scã a cã cala valet puluis q sic fit. ℞. ypoq. granoꝝ myrti acatie sumach. añ. puluerizent̃: ⁊ dent̃ cũ rob. Et syrupus qdẽ factus ex deco/ctione floꝝ nenufaris aut radicũ eius: ⁊ est melior sumptus vrinã grossam q̃ mingit̃ turbida cito restringit ⁊ clarificat. Nespila comesta ꝯstringunt vrinã. Dixit Ras. si tollis cri/stam galli ⁊ sicca eã ⁊ teris ⁊ mittis in loco in quo accubit̃ il le qui mingit eo nesciente curabitur.

¶ De paucitate vrine. Cap. xviij.



Paucitas vrine fit dixit Aui. aut pp pau/citatẽ potus. sup. aut qr pot⁹ est rei grosse sicut aque grosse limose: aut vini grossi ⁊ ponti. Aut qr cibus est exiccatiuus ⁊ cõsumptiuus humiditatũ siue sit talr nãlis vt panis milij ⁊ alioꝝ seminũ minutorũ: panis fur furaceus vel ordeaceus lẽtes: ⁊ fructus stiptici siue artificia liter vt panis biscoctus opirus vel durus: ⁊ ois cibus mul tũ salis hñs. Aut fit dixit Aui. pp multitudinẽ raritatis cor poris: vñ fit multa humiditatũ resolutio occulta vel manife sta in sudore. Aut pp multitudinẽ fluxus vẽtris i quo mul tum de humiditate debente transire ad vrinã emittit̃: sicut dixit Ypo. in afo. vrina multa noctu scã modicũ secessum si gnificat ⁊ ecõuerso. Ois ẽt cũo in q̃ multum de humiditate aquea cũatur aut ex ea multũ ab instrĩs vrine diuertit̃ vt in multo coitu: ⁊ imo ⁊ ois cã exiccans intrinseca vel extrinseca põt esse cã paucitatis vrine. Aut dixit Aui. fit pp debilitatẽ renũ in attrahẽdo aquositatẽ: aut pp debilitatẽ epatis in di scernẽdo: ⁊ mittẽdo aquositatẽ ad renes sicut cõtingit in ca rexia ⁊ ydropisi. sup. aut fit pp opilationem meatuum vrine sicut dictum fuit in stranguria.

Nota ad cognoscẽdũ qñ corpus est rare texture

Signa cãrũ hñtur relatione. Signa cãrum paucitatis potus ⁊ alioꝝ exiccantiũ ⁊ eũonũ silr relatiõe sciunt̃. Signa aũt raritatis corporis sũt multitudo piloꝝ. Ait. n. Ypo. cutẽ rarã declarat pilus. Et Gal. dixit. Cũ cor/pus multũ cibi accipit cũ paucitate eũonum sensatarum: ⁊ paucitate egẽonum: ⁊ nõ ipinguatur: tũc illud corpus est ra/re texture. Et confirmat̃ si cum multitudine cibi nõ subsistit exercitijs ⁊ laboribus: sed cito deficit.

Cura autem eius consistit in ꝓhibitione cãrum dictaꝝ. Et siquidem fuerint pp pauci tatẽ potus augeatur. Et si pp cibos exiccãtes ⁊ siles causas exiccantes vitent̃ ⁊ dent̃ cibi hũidi. Et si pp eũones restrin gant̃. Et si pp nimiã corporis raritatẽ quiescat in aere frigi do. Cibisq̃ꝫ vtatur ⁊ potibus viscosis glutinatiuis ⁊ gros sis. Et exterius inungat̃ corpus cũ stipticis ⁊ poros opilan tibus. Renes in attrahẽdo confortent̃ cũ calefacientibus. Et epar ꝯfortat̃ in digerẽdo. Et opilo apiat̃ q̃ qũo impleat̃ leuiter sciri põt ex dictis in supioribus. Et de ꝯferẽtibus in fortificatione attractiue renũ ⁊ aptiõe meatuũ est vt decoq̃/tur in aq̃ leuisticũ ⁊ radices apij. Et in decoctione dissoluat̃ furfur ⁊ supponat̃ expressum calim renibus ⁊ vesice.

¶ De mictu sanguinis. Cap. xix.



Sanguinis mictus aliqñ est purus si/ue puri sanguinis: ⁊ aliqñ impurus. i. sanguinis ꝑmixti cum humoribus grossis vel sanie. Et qñq̃ꝫ mingit̃ vrina q̃ appa ret sicut sanguis. Et est duplex. vna fit dixit. A. ppea ꝙ liquefit carnositas. s. epatis aut renũ re diens in sanguinẽ. Alia est vrina sanguinea silis loture car/nis recẽtis cũ sanguine suo. Et ista fit dixit Aui. aut pp debi litatẽ digẽonis ⁊ discretionis sanguinis ab aquositate in reni bus. Aut fit pp debilitatẽ ipsaꝝ. s. digẽonis: ⁊ discretiõis san guinis in epate. Dixit enim Ras. 10. ꝯtiñ. fit vrina similis lo ture carnis ex debilitate renũ: qñ non discernunt ab aquosi tate sanguinis vrinam que est in eis: sed transmittunt eam si cut est ad vesicam ⁊ hoc fit ex debilitate eorũ digestiue ⁊ re tentiue. Et Gal. dixit. 6. de interioribus. Renes hñt passio/nem in qua mingunt sanguinẽ subtilem ⁊ eruginosũ siles egẽoni epatice in initio sui existenti. ¶ Et mictus quidẽ san guinis dixit Aui. qñq̃ꝫ est procedẽs ſm modũ crisis ⁊ mũ/dificationis supfluitatũ ẽt in corporibus sanis. s. nũc. sup. ⁊ qñq̃ꝫ est ꝓcedens vi sinthomatis. Et ꝓcedens ſm modũ mundificationis: qñq̃ꝫ est hñs piodos ⁊ circuitus in qbus redit. Et qñq̃ꝫ non habet illos.

De causis extrinsecis

Causa aũt mictus sanguinis alie sunt extrinsece: ⁊ alie intrinsece. ¶ De extrinsecis dixit Aui. ꝙ ꝓcedit aut pp obuiationẽ ꝑcussiuam vel saltũ: vel casum aut ꝑcus/sionẽ exprimentẽ sanguinẽ: aut pp oẽ illud qd̃ currit cursu istoꝝ q̃ sunt sicut labor: vehemẽs equitatio inepta vehitio i curru: ponderis eleuatio nimius coitus: ⁊ fortis in coitu cõ cussio. Et maxime dixit Almã. post sumptionem cibi acuti aut vini acuti. Dixit Aui. ⁊ silia vt ocium longũ post labo res plurimos ꝯsuetos: nimia repl'o ciboꝝ ⁊ potuũ maxime sanguinis multi gñatiuoꝝ aut caloꝝ acutoꝝ: retẽtio flux⁹ sanguinis ex naribus vel emorroydibus vel matrice. Et di/missio flẽbo ꝯsuete: ⁊ amputatio alicuius membri magni vt manus vel pedis. Et de causis extrinsecis dixit Aui. est fri/gus scindẽs venã cũ densatiõe ⁊ ꝯstrictione sua. Et vulnus ꝑforatiuũ aut incisiuũ eueniẽs ⁊ penetrans ad mẽbra inte/riora. Et Ras. dixit in diuisiõibus. ꝙ mictus sanguinis qñ q̃ꝫ sequit̃ exitũ lapis. ¶ Cause vo itrinsece dixit. A. sunt re

De causis intrinsecis.

plexio venaꝝ multa supflua q̃ separat̃ ꝯtinuitas venaꝝ ſm tres spẽs notas sepatiõis ipsaꝝ: q̃ sunt aut aptio orificiorũ eaꝝ: q̃ euomunt sanguinẽ. Aut rarificatio pororũ earũ q̃ re/sudat ab eis sanguis. Aut qr incidit̃ vena. i. totalr ꝑ trãsuer suꝫ aut scindit̃. s. ſm longũ. Et hoc aut in venis q̃ sunt sup mẽbra mingendi: aut in eis q̃ sunt in ipsis mẽbris. Aut acci dit dixit. A. pp vehementiã tenuitatis sanguis in corpore. hoc. n. cum accidit in corpore cũ fortitudine renũ. s. in attra hendo attrahũt sanguinẽ plm. Sunt. n. due itẽtiones. i. due cãe in facilitate cursus huius sanguinis. Prima est: quoniã currit cursu supfluitatũ. Et 2ª est: qm̃ nõ est ei essentia. i. spissi tudo q̃re fluit facilr. Ista tñ itẽtio q̃ est subtilitas sanguinis sola sufficit: ⁊ nõ reqrit̃ supfluitas eius: ⁊ maxie in eo in quo hic sanguis ẽ nãlis. sup. ¶ Et qñq̃ꝫ accidit mictus sangui/nis pp acuitatẽ ipsius sanguis corrosionẽ faciẽtẽ in venis q bus corrosis fluit sanguis. ¶ Et qñq̃ꝫ dixit Aui. fit pp ven tositatẽ extẽdentẽ que inclusa in vena intrĩ extendit eam ꝙ crepat̃ ⁊ frangit̃ sicut frangitur a nimia repl'one. Et dixit. qñq̃ꝫ fit gñatio rupture in mẽbris vrine a tetano ⁊ spasmo fortibus. ¶ Et qñq̃ꝫ est cã eius vlcus ⁊ proprie corrosiuuꝫ aut apa qd̃ frangit̃ ante perfectam maturationẽ. ¶ Et qñ/q̃ꝫ accidit mictus sanguinis: ⁊ spãliter grossi ex debilitate retentiue renum. Ait. n. Aui. mictus sanguinis mixti cuꝫ

humoribus

humoribus grossis fit plm pp debilitatē renū.s.in ptinendo. Et vene qdem renum frequētius rumpunt q̄ȝ vene vesice:qm̄ vene renū dixit Aui. sunt non minute.s.sicut sunt vene vesice q̄re magis replent. Et nō sunt vene renū in loco situs equalis.s.⁊ planozimo sunt s̄m longū magis. Uene aūt vesice sunt cōseruate non exposite scissioni ⁊ eruptioni cuȝ situ suo. ¶ Giliber. mouit questionē q̄uo si vena chilis: aut alia superior rumpit vel corrodit sanguis in illa contentus ⁊ ab ea fluens possit in vrina emitti. Citius.n.dȝ extra ipsaȝ effundi:⁊ in vētris cadere cōcauitatē q̄ȝ p concauitatē alterius vene trahi ⁊ trāsire ad vesicā:nō.n.palā est q̄uo in vrina emittatur. ¶ Et respondēs ait. possumus dicere q̄ sanguis ille in cōcauitatē q est sub dyaphragmate inter siphac ⁊ ventrē effundat:⁊ a suba epatis q̄ est spongiosa ⁊ cauernosa ībibat: p̄cipue cū epar forte existit:quē postea p venas capillares a se ad renes emittit:⁊ sicut in vrina consilr ei qui est in cōcauitate pectoris de sanguine sanie vel humore qui a suba pulmonis ībibit:⁊ cū tussi extra expellitur. Et consilr ei qd̄ fit de aq̄ ydropici. Sed si epar fuerit debile:⁊ maxime si in attrahēdo deficiat tunc sanguis in concauitate remanebit:⁊ in pus cōuertet. Et s̄m hanc ɔsideratione dixit Giliber. sanguis q magis ab interioribus venis egredit nimis ⁊ purus ⁊ minus cū vrina miscet:q: cū egredit venā statim condensat q aliqn̄ ab epate attractatus condensatus nō bn̄ cū vrina miscet. Qui vero ab ipsis venis supioribus egredit anteq̄ȝ cōdenset ab epatis substantia combibitur. vn̄ fortiter cū vrina miscet. Et dixit Gilib. de hoc ēt sanguine non minus obijcitur quare cum: ab epate ad renes patit cū alio sanguine descēdat. Cur magis cū vrina descendat q̄ȝ alijs q eo subtilior est:cū magis libere p angustos meatus magis descēdere debeat. Preterea sepe cōtingit q̄ ex ruptura vene chilis vel aliarū non sp̄ sanguis in concauitatē ventris effunditur:sed infra pinguedinē q̄ȝ chilis ⁊ renes circūueniunt retinet. Et tunc dixit. q̄ p̄dictus sanguis ab epate nō attrahit neq̄ȝ p̄dicto mō cū vrina emittit:sed rursus per rupturā vene p quā exiuit venā subintrat.⁊ p cōcauitatem eius in vrina emittit. Sanguis aūt q epar subintrauit: aut rupturā vene reintrauit p vrinā emittit:⁊ nō alius. Et hoc diuisione nāe:⁊ industria fieri explicamus. qm̄ hic sanguis non est aptus mēbra nutrire:cū postq̄ȝ venas exierit fuerit a nāe regimine destitutus. Alius vero sanguis nāe vtilis ⁊ amicus retinet mēbra nutriturus. ¶ Dixit Ypo. ⁊ ponitur dictum eius ab Aui. in hoc caplo cū mingitur sanguis sine dolore:⁊ est paucus in horis qbusdā:q: in tpe breui paucarum horarū non est malū in eo. Cum aūt pseuerat tūc fortasse accidet febris ⁊ mictus puris Raſ. aūt.2.ɔtiñ. adducens hoc idē dcm̄ Ypo. ait. Qui mingit sanguinē raro qn̄ȝ absq̄ȝ febre ⁊ dolore non sequitur dānum:inde:sed hoc erit ex labore eius. Sed si mingit sanguinem pluries cum febre noscas q̄ minget saniem postea.

Signa generis nota sunt. ¶ De signis aūt sp̄eruȝ dixit Aui. mictū sanguinis puri q est pp replonēȝ ⁊ eis cōpares repl̄oni significant cause sue:⁊ signa causarum ipsarū. ¶ Et sanguinis mictus ex aptione orificiop venap est mundus sincerus:⁊ sine dolore. ¶ Et sanguinis aptiōis .s.poroꝝ fit paulatim. ¶ Et sanguinis eruptionis ⁊ incisionis fit plurimus. ¶ Et illum q est pp subtilitatē sanguinis corporis dixit Aui. significat illud qd̄ egreditur ex eo in flōmia exiis valde tenue. Et nō associat ei aliqd̄ signū. ¶ Et factum ab acuitate ⁊ furiositate sanguinis significat color ipsius igneus siue rubens clarus:⁊ exit cū punctura ⁊ mordicatione circa virgā. ¶ Et factū a debilitate virtutis significant signa debilitatis earū dicta in p̄cedētibus. Cum debilitate tn̄ ɔtētiue extenuant mēbra corporis ⁊ exiccantur.

¶ Et factū a causis primitiuis significāt antecessio earum. ¶ Et sanguis vlcerū dixit Aui. est cū dolore quodā. Et si ē ibi corrosio exit paulatim ⁊ declinis ad nigredinē. Et q̄nq̄ȝ est cum eo fetor ⁊ fit plm eius post egritudines. Et multotiens sunt cū eo cortices ⁊ sanies ⁊ pus. Et resoluit illud.i. indicat illud.s. q̄ vlcus est abradēs corrodēs exitus sanguinis puri.s. postq̄ȝ p̄ducit ad corrosionē venarū. ¶ Et factū ab epate significat exitus eius pmixtus sanie. ¶ Dixit Ypo. 4.afo. qcunq̄ȝ sponte sanguinē mingunt.s. subito non p̄cedentibus alijs accidētibus his de renibus vene rupturam significat. Scribit aūt sic.10.ɔtiñ. mictus sanguinis puri ⁊ supabundātis subito absq̄ȝ cā manifesta erit ex ruptura alicuius vene in renibus ex repl̄one eius de sanguine. Et hic sanguis dixit Gal. in cōmento. erit multus:neq̄ȝ vehemēter vrine pmixtus:neq̄ȝ talis sanguis aliunde venire potest. Et eius verba sic scribuntur.2.cōtiñ. Impossibile est q̄ mictus multi sanguinis subito a vesica proueniat:non.n. aliqua vena rumpitur in ea ex parte superabundātis sanguinis:sicut accidit hoc in renibus:qm̄ ad vesicā puenit sanguis qui est necessarius ad nutrimētum eius tm̄. Sed in renibus procedunt vene magne:⁊ in eis colatur sanguis. Et iō mictus ex eis pōt eē cum sanguine abundanti subito. Et proprie si aptio in eis fuerit ex aptione orificioꝝ venarum q ex eis colatur. Sed ex vesica de venis modicus sanguis resudat q modicū miscet vrine. Aut cū puenit in ea corrosio ad venas:sȝ tūc p̄cedunt signa vlcerationis. Et Aui. dixit in vesica fit aptio ⁊ eruptio.s. venarū cū q̄ nō currit sanguis plurimus. Et fit ēt in renibus.sup. sed ab ea currit sanguis plurimus. Et hoc iō q: vesice aduenit aquositas colata a sanguine:sanguinē aūt p suo nutrimēto recipit a venis paruis in qbus aduenit ad eā nutrimētum:tm̄ quare non est in eis sanguis exuberans. Ad renes aūt venit sanguis plurimus cū aquositate:⁊ colatur apud eos aquositas. Et adueniunt renibus vene magne ex qbus mēbra alia nutrimētū sumunt:quare sanguis renū est plus eo quo indigēt pro nutrimēto: quare est plurimus.s. sanguis exiēs ex eis. ¶ Sāguis aūt veniēs ab epate vel loco altiori pp rupturā vene non sic subito post rupturā mingit:⁊ est magis pmixtus vrine q̄ȝ q ex renibus: q: venit a loco magis distante. Et qui venit ab epate est sine dolore:q v̄o a renibus est cū aliquali dolore. Et est q est ab epate ⁊ altioribus locis pluris q̄ātitatis q̄ȝ q a renibus. Et eius pmixtio cū vrina est tanta q̄ viȝ in vrina subsistit. Dn̄t qdā q̄ in eo est aliq̄lis dolor aggrauatiuus in dextro hypocundrio. Ueniēs aūt a vesica vtplm conglobatus: ⁊ statim residet in fundo. ¶ Mictū aūt sanguineū liquefactiuū in q̄ caro liq̄facta redit in sanguinē dixit Aui. significat.s. p̄ntia cause liq̄facientis ex febribus liq̄factiuis ⁊ alijs. Et illud qd̄ mingit de sanguine est tenue sicut adustū ac si sit abrasio libri.s. scripti cū encaustro. Dixit Gal.6. de accidēti.⁊ morbo mingit vrina hn̄s eruginē q̄si aquā carnium lotaruȝ in aqua multa q̄ fit ex liquefactione:⁊ nō ex ruptura neq̄ȝ vlcere neq̄ȝ alio. Et significationē habebis super hoc per dissolutionē corporis ⁊ eius liquefactionem.i. exiccationē ⁊ consumptionē. ¶ Mictus aūt filis loture carnis dixit Aui. est significatiuus debilitatis renum aut epatis. Illa tn̄ vrina q̄ est filis loture carnis ex debilitate renum est maioris albedinis.s. in supiori eius:⁊ est ad grossitiem magis tendens.s. in fundo eius.⁊ epatica est magis trahens ad rubedinem ⁊ est subtilior.⁊ similior sanguini. Non.n. dedit epar veram formā sanguini. sed fecit quoddā cōfusum. ¶ Ois fluxus sanguinis puri q est multus est malus. Sanguinē ēt longo tpe apparere in vrina malū est. Scias q̄ sanguis exiēs a vesica difficilius ⁊ tardius curat exeūte a mēbris alijs dictis.

Cura eius perficitur dieta ⁊ potione. Et in vtroq̄ȝ istrumento cura eius dixit Raſ.10. continētis est filis cure sputi sanguinis. Unde dixit. egri cura eo disponatur regimine qd̄ in sanguinis sputo diximus. ¶ De dieta tamē in spāli dixit Almā. abstineat a cibis acutis:⁊ salsis. Et Giliber. dixit. vitet aquam frigidam:quia congelat sanguineȝ: ⁊ induceret stranguriam. ¶ Dixit Auicen. de cibis bonis

Utrū rupta vena chilis possit ille sanguis emitti per vrinam.

Signa sanguinis ex ruptura venarum in renibus.

Signa sanguinis ex liquefactione.

Signa facti ab vlcere ⁊ epate

est panis infusus in lacte de quo butyrū est extractuȝ. Et cibus cōditus cū granatis: ⁊ factus cuȝ sumach. Et si virtus fuerit debilis ꝯfortetur cū iure stipticoꝝ cū carne cōtrita vł cōtusa. Et cibetur cū spidebig. ⁊ cubugi ⁊ pdicibus masculis ⁊ turturibus cū aceto conditis: ⁊ aqua agreste: ⁊ succo granatoꝝ ⁊ lacte cocto: ⁊ sīlibus. ℭ Uinum oīno vitandū est. Et si non fuerit excusatio ab eo pp casum virtutis aut vehementiam desiderij.i. appetitus infirmi magni. tunc dixit Aui. deť ponticū nigrū. sup. ⁊ bñ limphatum. Sed cum sanatur tunc bibat illud. s. vinū qđ sit pmixtum. s. aqua vt abstergat ⁊ prouocet: vt nō retineať vrina oīno ne redeat egritudo. hoc aūt vinum non dȝ esse ponticū nigrum: sed albuȝ subtile parumper adaquatum.


In scđ ex ruptiōe vene etiā ex casu vel pcussione.

ℭ In cura vero p potionē. In facto ex ruptione vene caueanť diuretica oīa: ⁊ eťa q̄ sanguinē subtiliant. Et in spāli vitandum est aloe: qm̄ apit orificia venarū. Et dixit Silib. q̄ polipodiū valde apit venas ⁊ attrahit sanguinē ⁊ expellit: ⁊ iđ cauēduȝ est ab eo valde in corporibus collisis ⁊ ꝯtusis ⁊ in his q exercuerūt torneamēta ⁊ luctamina. Et in his q passi sunt rupturā vene in aliqua pte corporis. Dixit itaq̄ Alm. cū aliqs pp casum ⁊ pcussionē ⁊ sīlia sanguinē minxerit ex basilica minuendus est. Et troc. de karabe in potu deť. Et Ipoq. sumptū est potēs in restringēdo sanguinē. Et mūmia sīlr bibita ⁊ supposita. Loco aūt pcussionis supponať ēplȝ de bolo acatia aloe litie ꝯfectis cum aceto ⁊ aq̄. ℭ Medicamen ad mictū sanguinis ēt in brutis qñ proijcitur eis violēter in gutture ⁊ statim sananť. ℞. succi marrubij ptes. ij. aceti fortis ptē. i. doš. eoꝝ mixtoꝝ est vsq̄ ad. ℥. i. bis vel ter sumatur in ieiunio. ℭ Dixit. A. mictus sanguinis q fit cā solutionis ꝯtinuitatis in venis curationes hȝ cōes ad illū qui fit ex renibus. sup. aut mēbris supioribus: ⁊ illum qui fit ex vesica. Et infrigidatio ⁊ ꝯstrictio cū medicinis dictis in cura fluxus mēstruoꝝ cum stupefaciētibus. i. cum vehemēter frigidis ēt si stupefactionē haberēt. dȝ tñ cū eis aliqd diureticum misceri. Ait. n. Raš. 2. ꝯtiñ. cura dȝ fieri cum stipticis glutinatiuis ⁊ stupefactiuis. verūtñ in his addēda sunt aliqua puocantia vrinā ad inducēdum istas medicinas ad instrumēta vrine sicut cū his troc. ℞. acatie balaustie seminis iusqami opij seminis apij anisi luti sigillati gūmi ara. añ. cōficiantur ⁊ deť in potu. ℭ Opȝ tñ dixit Aui. vt tu attēdas cū attractione sanguinis ad posteriora. i. ad oppositū cū ventosis ⁊ flōmia subtili. i. stricta pauca ex basilica. Et cū cōstrictione ⁊ ligatura mēbroꝝ extremoꝝ. Et opȝ vt administres tinas in quibus decocta sint stiptica. Factus aūt a replōne ⁊ sīlibus causis curatur cum flōmia. Dixit tñ Auicē. q̄ qñ in his causis tu indiges flōmia plus conuenit flōmia saphene q̄ȝ basilice: q2 eūando diuertit ad longiora. deinde procede cū stipticis ⁊ glutinatiuis. Dixit tñ Aui. nō approximes cibis stipticis sicut factis cum sumach ⁊ sīlibus. supp. ⁊ neq̄ medicinis stipticis nisi postq̄ȝ vrina significabit mundificationē corporis. stiptica. n. congelant: ⁊ qđ inuiscatū est constringunt q̄re qñq̄ reuertiť aquositas retro. q̄re in eis est timor. Et sīlr faciunt acetosa. ℭ Dixit Oriba. plures mingūt sanguinē interpolatim. Et añ hoc accidunt eis pōderositas ⁊ dolor vehemēs. Et qñ mingunt sanguinē alleuiant̄ inde. Et hi ppřie sunt quorum exercitium vt dixit Aui. dimissuȝ fuit aut in quibus restricta vel ablata est eūo sanguinis consuetamt quoꝝ amputatum est mēbrum. Uñ dixit Oriba.

Cura pro dicalis.

minuēdi sunt hi añ pioduȝ de cubito ⁊ fiat eis regimē quo nō aggregeť replō. ℭ Et in facto p viā resudationis conueniunt glutinosa ⁊ viscosa. ℭ Et in facto ex tenuitate sanguinis ingrossantia ipsum. ℭ Et in facto ex sanguinis acuitate illā mitigantia. ℭ Et in mictu sanguinis pmixti cū humoribus grossis conferunt subtiliatiua tēperate. Et medicine q dē p̄dicte psit administrari intus ⁊ extra. ℭ Dixit Sal. io. miamyr. ad manantes sanguinē de vesica. ℞. alluminis scissi. ℥. i. dragaganti. ℥. ij. gūmi ara. obuluȝ. i. doš. ab obulo. i. vsq̄ ad. ij. cū vīo dulci. Hoc aūt medicamē sic poniť a Raš. io. ꝯtiñ. ℞. alluminis scissi. aur. i. dragagāti. aur. ij. gummi ara. aur. i. 5. ⁊ deť in potu cū vino dulci. ℭ Aliud Raš. ibidē. ℞. luti armeni ypoqui. gūmi ara. opij. añ. partē congruā ⁊ deť in potu. ℭ Troc. valētes ad mictum sanguinis cuȝ ardore ⁊ acuitate ⁊ excoriatione. ℞. seminis melonis ⁊ cucurbite ⁊ portul. spodij succi liqri. añ. ℥. ij. seminis lactuce ⁊ malue amidi rosaꝝ dragaganti seminis papaueris. añ. ℥. i. seminis bombicis ⁊ citonioꝝ acetose ⁊ gūmi ara. añ. ℥. i. 5. boli ar. acatie añ. ℥. ij. 5. croci. ℥. 5. cōficianť cū succo plantaginis. sunt. n. vtiles. ℭ Syrupus vtilis mingētibus sanguinē pp nimiū coytum. ℞. plātaginis ⁊ seminis eius portul. ⁊ extremitatum mirti ⁊ vitis añ. M. 5. succi liqri. ⁊ radicuȝ eius anisi feniculi infusorum in aceto ⁊ postea torrefactorū. añ. ℥. ij. seminis papaueris ⁊ lactuce añ. ℥ iij. cōquassenť oīa ⁊ infrigidenť p diē in aque lib. iij. deinde decoquanť ad cōsumptionē tertie partis: deinde cuȝ lib. i. zuccari albi fiat syrupus doš. ℥. i. cū. ℈. i. pulueris qui sic fit. ℞. boli ar. karabe terre sigillate. añ. partes equales. ℭ Dixit Aui. illud qđ vesice sanguinē emittēti est ppriū: est vt sumanť medicine q̄ bibunť fortiores ⁊ diuretica ēt cū eis miscenda fortiora. Et administrenť in ea medicine iniecte p siringā ex succis arnoglose ⁊ portul. ⁊ sīlibus vt virge pastoris. sicut dixit Sera. Aut decoctionē sumach mirti ⁊ rosarū. Et qñ inijciť cū p̄dictis pulvis terre sigillate ⁊ acatie. Et epithimeť dixit. A. cum spongia infusa in aceto q̄ ponatur in oībus lateribus eius ⁊ in duobus emūctorijs ⁊ alijs. s. partibus ei circūdiacētibus. Et fiat positio vētosaruȝ sup ylia ⁊ anchas ⁊ pectinē. istud. n. retinet sanguinē. Dixit Serap. pone desup exterius bolū terrā sigill. gūmi ara. dragaganti semen portul. ⁊ sīlia. Dixit Aui. a replōne ⁊ ab vlcere ⁊ corrosione ⁊ a debilitate digōnis in renibus ⁊ epate. Et a liq̄factione ⁊ tenuitate humorū cura dicta est in suis caplis. alo. locis. ⁊ mictus cretici. Et eius q est ꝑm semitā expulsionis a nā nō est retētio necessaria nisi pduxerit ad debilitatem.

ℭ De mictu sanici. Cap. xx.



Anies mingitur aut ex vesica aut ex renibus ⁊ poris vriticibus aut ex mēbris q̄ sunt supra renes. Et qñq̄ mingiť pura. Et qñq̄ sanguini pmixta. Et q̄ pura mingitur: puenit ab vlcere alicuius supradictorū mēbrorū. Que aūt sanguini mingitur pmixta: puenit aut ex dubellati qđ est eruptū aut ab vlcere corrosiuo.

Et causa mictus sanici est cā vlcerum vel apatum. Et qñq̄ sequiť mictū sanguinis mictus sanici. Dixit Aui. mictus sanici ⁊ sanguinis ei pmixti qñq̄ fit pp eruptionē dubellati in mēbris supioribus pulmone ⁊ pectine ⁊ epate. Et qñq̄ fit pp apa ruptū in mēbris vrine. Et qñ q̄ pp vlcera in eis hñtia pruritū: aut nō hñtia pruritū.

Saniem pmixtam sanguini dixit Auic. significat apa illius. s. sanici ⁊ sanguinis vrina. i. cum in cu ius vrina exit sanies ⁊ sanguis causa apostematis. Et signa apostematum sunt nota ꝑm vnūquodq̄ mēbruȝ in suis capitulis ⁊ concomitantis siue adherētia febris. supple. aut significat illud vlcus corrosiuum in aliquo dictorum mēbrorum cuius signa consilr sunt nota. ℭ Et signa sanici pure sunt signa vlcerum purorum silr dicta. ℭ Dixit Gal. 6. de interioribus. ⁊ scribitur. io. continentis. sicnon vidi aliquē passum fuisse nocumētum in aliquo instrorum vrine ppter exitum abundantis putredinis. nam negocium in his membris est impatientia iuxta cursum procedenteȝ in eis absq̄ aliquo nocumento illato eisdem quemadmodum est negocium in intestinis quibus de euacuationibus factis ex epate non infertur eis ēt si fuerit magne malitie aliqđ magnuȝ nocumentum nisi hoc esset longum valde: sicut similiter fit in vesica sic similiter si fuerit lōgus incessus vrine saniose vel sanguinee tenuis super ea. ℭ Dixit Galien. sexto de interioribus

rioribus sciendum est p mictum sanguinis sciētiam locorū passionum non haberi nisi additis alijs significationibus. Et silr neq3 p mictū saniei. Quidā.n. sanguinē mingēs plz dolorē sensit in renibus z inordinatū cuz febre rigorē. Alij vero hoc idē in vesica habuerūt: z nōnulli in dyaphragmate z pectore. Et qdā in dextro hypocūdrio. vñ arbitrati sumus eos i loco doloris apa habuisse. Et p saniē eruptū fuisse. Et dixit mēbra q̄ p vrinā mūdificant sunt gibbus epatis z mēbra ei vicina sunt z alia q̄ p eū raro mundificant sicut loca pectoris p egōnē z loca sub dyaphragmate p vrinā. q̄ incredibile multis eē vr. nesciunt.n. cām eoꝝ. Nos aūt pulmonē p vrinā mundificari vidimus. Et vulnera pectoris cū egōne. Neq3 dubiū est saniē a pulmone ad renes venire: eo q̄ surcula de ꝯcaua vena ad renes descēdit z silr z altera de magna arteria ad renes deriuatur. Credimus quoq3 posse eē saniē illā ad magnā arteriā venire. Et ad sinistram cordis cōcauitatē tēdere. Et ab ea de loco ad locū vadēs ad renes descendat: z ide ad vesicā: lz hec penetratio raro fit: qz facilius est q̄ in cānales pulmonis incidat z cū excreatibus expellatur. ¶ Cā vero sanguinis de pulmone in egōne egredientis alia est q̄ aliqñ z rarissime p anothomiā apparet. cōcaua.n. vena aliqñ inuenit cōiuncta cū vena q̄ stipiti arboris similatur: qbusdā tñ alijs mediantibus: vñ non est mirādū de hoc neq3 de illo. Non.n. est impossibile saniē q̄ currit sub dyaphragmate ad ventrē venire z cū egōnibus exire. Et sanies q̄ est sub dyaphragmate non est impossibile vt ad renes veniat z cū vrina eijciat. Cōpositionē nāq3 corporis q̄ raro fit necessario accñtia q̄ raro fiunt comitant. ¶ Dixit Aui. locus saniei cognoscitur p dolorē si fuerit dolorē z p signa aliarum egritudinū in qbuscūq3 mēbris existant: z sicut p signa apostis aut dubellati aut vlceris aut repletiōis. ¶ De signis itaq3 locoꝝ a qbus sanies ꝓcedit dixit Gal. p̄. de interioribus. z scribit. io. ꝯtiñ. sic. si egredit sanies de vesica emanabit vrina cū q̄ non admiscetur aliqd. s. de sanie. sed residebit in inferioribus eius sola. silis squāmis: z dolor erit in pectine z daret. i. pitineon Ras. tñ dixit. Dico opz vt dicat q̄ sanies egrediat mixta cum vrina. Et subdit Gal. si egreditur a renibus egreditur mixta cū vrina z egreditur cū ea quasi mollicia carniū. Et si de gibbo epatis exierit erit admixta valde cū vrina z turbida fiet p eam. Et si exierit de pectore vrina erit clara. Ait Ras. dico erit clara: qz egredit de meatibus strictis paulatī admixta cū vrina colorata. ac si esset pars eius. ¶ Dixit Aui. locus cognoscitur ex via cōmixtionis. Nam q̄to magis est altior tāto est maioris cōmixtionis: z q̄to est inferior tanto est maioris separationis. Et sanies q̄ ꝓcedit a virga añcedit vrinā: z elongata a virga postponitur ab vrina vel admisceᵗ cum ea vehemēter. Et dixit Aui. mictus q̄ est purulētus ex apate. i. epatis vel supiorum mēbrorum rupto est plurimus subito: z non pducit ad excoriationē z vlcerationē z nocumētum. i. non est cum excoriatione neq3 cū vlcere neq3 cū nocumēto alio in mēbris mingēdi: sed ille q̄ est ex vlceribus. s. renū vesice z alioꝝ instrōruz vrine est paucus. sup. z est cū excoriatione vlcere z nocumēto alio in eis. Et separaᵗ. s. sanies ab vrina. Et qñq3 corrumpit. s. mictus saniei a supioribus mēbris veniētis incessuz suū. i. p icessuz suū mēbra p q̄ incedit z hoc cum diu duraret.

Cura mictus saniei est cura suarū cārum. Almā. tñ posuit hos troc. ℞. seminis melonis citruli z cucurbite. añ. ʒ. v. thuris pinguis sanguinis dra. añ. ʒ. x. opij. ʒ. iij. scis apij. ʒ. ij. informentur z dent ex eis oī die. ʒ. ij. cū syrupo de papauere. Et virge imittat collirium de cerusa. Et valeret si eēt cū ardore: aut in pn°. ¶ In pcessu aūt z cū sanies scā est grossa valēt ea q̄ sanguinē trūbosū dissoluunt. ¶ Et Pau. dixit. ad mictū saniei diuturnum ego vtor hoc medicamine cū sufficiēs fit in ea. ℞. camedreos. ʒ. xxiiij. assari z pipis albi. añ. ʒ. xiiij. cynamomi. ʒ. i. dos. aur. v. cū vino cocto. Et si fuerit ibi febris cum aqua.

¶ De pilis qui minguntur cum vrina. Cap. xxj.

Pili qui exeunt in vrina nō sunt vere pili. Dixit.n. Aui. q̄ sunt res similes capillis: z hoc ratione longitudinis z tenacitatis eorum.

Et causa efficiēs eoꝝ dixit A. ē debilitas digestiue renū z fortasse ēt venaꝝ. sup. qñ cū ea iūgit calitas aliq̄tulū itēsior: ꝓpata q̄ sufficias extēdere z igrossare māz z idurare. ꝓpata aūt calitas vl' remissa nō sufficeret illud agere. Et itēsior ēt multū resolueret subtile de mā z relinqret grossuz terrestrificatū nō aptū extēsioni. ¶ Et cā mālis ipsoꝝ est mā viscosa tenax z grossa. Nā talis est q̄ apta est gñationi piloꝝ. nā p sui viscositatē z tenacitatē est apta extēdi z p sui grossitiē resistit dissoloni calitatis agētis in ipsam. Cā aūt illius māe viscose grosse. dixit A. sunt cibaria grossa ex gñibus lactis z granis sicut fabis z silibus. Et Gal. dixit. 4°. afo. in ꝯmēto. afo. Quibus in vrina pingui existēte zc. q̄ fabe z caseus recēs comesta gñant mām aptā ꝯuerti in pilos qd̄ est pp terrestreitatē fabaꝝ z multā tenacitatē casei. Et nō pñt isti pili. dixit Gal. ibidē eē de suba renū: qz suba renū solida est z ꝯpacta z nō patiēs talē extēsionē ꝯtinuā. si.n. ab iuicē separēt ptes renū nō recipent adinuicē ꝯtinuationē notabilē. ¶ De loco autē gñ̄atiōis eoꝝ dixit Ipo. in dicto afo. Quibus in vrina pingui existe pili exeūt his egrediunt ex renibus. Et hoc idē. dixit Gal. p̄ de crisi. veꝝ 6°. de iterioribus dixit. q̄ pp lōgitudinē eoꝝ miratus est eos in renibus gñari. Et pp hoc arbitratus est eos in venis gñari. Et credidit qbusdā dicētibus q̄ ex grossa mā nascunt calefcā z desiccata in vena. Et. A. ēt inuit q̄ gñant in venis renū z ēt alioꝝ mēbroꝝ. Verūtñ gñati in venis alioꝝ mēbroꝝ ad renes descēdūt z ex eis postea exeūt in vrina. ¶ De lōgitudine aūt hoꝝ pilorū. dixit Gal. in ꝯmēto dicti afo. q̄ qdā minxit capillū lōgitudinis medij bra: hij q frequēter p annū vnū comederat fabas coctas z panē siccū. Et alij ēt silr q fuerūt vsi cibarijs grossis. Et 6°. de interioribus dixit. q̄ vidit eos palmo longiores z aliqñ tāte longitudinis q̄ miratus fuit eos in renibus creari. Et. A. dixit. qñq3 est illa res lōga valde q̄si duobus palmis. ¶ Et dixit Gal. ibidē cāz lōgitudinis eoꝝ tūc minime sciui. nā cū primitus eos vidi non apparuit mihi renes hre ꝯcauitatē capacē tāte longitudinis neq3 in venis alioꝝ mēbroꝝ tā longā ꝯcauitatē fieri posse. Verūtñ sciēdum est q̄ postq̄ pilus genitus est sub aliq̄ q̄titate in venis ꝓpinqs renibus virtus expulsiua eoꝝ expellit aliquā partē illius pili v̄sus renes. Et deinde gñata alia q̄titate pili iteꝝ illā expellit. z sic vltra donec ꝯcauitas renū repleaᵗ. z tūc insurgit virtus expulsiua renum z expellit partē post partē eius ad poros vritides. Et silr si primitus gñatur pilus in renibus insurgit virtus expulsiua eoꝝ z expellit versus illos pilos ptē eius post ptē donec possit pilo fieri satis notabilis longitudo. ¶ Et pilus cū magnificatur maxime est cā morbi. s. oppilationis coartatorie in renibus z poris z vesica. Et tñ in se ē morbus in nūero ꝓhibēs imediate renes a debita comphēsione vel alia eoruz debita opatione. Et pōt ēt aliqñ vocari morbus iproprie cū aliqñ v̄tat ad se cura sicut lapis in renibus vel vesica. Et pōt dici cā z morbus. Et pōt ēt dici accñs. s. exiēs mutatū. ¶ Et p̄dicti pili dixit Aui. qñq3 sunt declines ad albedinē: z hoc fit plm. Et qñq3 ad rubedinem. Et ego quidē vidi in Petro chellini emitti pilos lōgitudis q̄si medij palmi grossitudinis pui digiti infantis z vltra declinātes ad rubedinē. Et cū eis aliqñ emittebāᵗ alie māe ignote q̄ aliqñ habebāt formas sanguisugaꝝ z aliqñ ranaꝝ cuz in pn° gñant in aqs solidiores valde pilis in qbus cū apuissem q̄sdā eaꝝ continebatur sanguis aquosus: quas tñ cum emittebat patiebaᵗ dolorē in pectine quasi intolerabilē: qui tandē pduxerūt eū ad mortē. ¶ Dixit Gal. plimi eorū q̄ dictos pilos mixerūt nīl mali passi sūt: qz z si aliq̄ mā mala in

De cā efficiente.

De loco generationis eorū.

De cā longitudinis eorum.

Pilus est morbus z qñq3 cā morbi z qñq3 accidens.

venis eorū extitit purgata oīno fuit.s.cōuersa in illos pilos vel cū ipsis pilis. Et nullū hoṗ neq3 in renibus neq3 in vijs neq3 in vesica vllū malum pati cognoui. ¶ Et A. dixit. non est in pili mictu de timore s3 q̄ terret cortex.s.squāma egrediēs vel cortex.i.extimatio in eius exitu que facit timere.

¶ De cura dixit Gal. in cōmē. dicti affo. q̄ perficit̄ p medicinas subtiliantes ⁊ dissoluētes.i.incidētes ⁊ liquantes mās ingrossatas ⁊ conglobatas ⁊ eas p vrinā educētes: ⁊ cū humectantibus nutrimentis ⁊ toto regimine humectante. ¶ Et Aui. dixit. indiget vt in ipso administrent̄ subtiliatiua incisiua ex diureticis ⁊ medicinis ad lapidē. Et vt sit cibus humectās humectatione abundanti.

Mingitur aliqñ vrina grossa sicut brodium cicerū. quā rectificat hoc medicamen. ℞. rubee tinctorum alchechengi ⁊ croci. añ. ʒ.i. seminum cōium ad pondus omnium. zuccari. ℥. iij. terantur ⁊ conficiatur ex eis elium cum syrupo rof. dof. sicut castānea cum vino albo. ¶ Et Raf. voluit. io. ꝯtīñ. q̄ ille qui dimittit exercitiū consuetum aliqñ mingit vrinam grossa3 similē saniei nullo aūt iminēte nocumēto. Et ego vidi in castro Jtri comitatus fundorū iuuenē trigēnarium qui omni die mingebat vrinā multā in q̄ residebat sicut lac coagulatū albū ad q̄titatē medij vrinalijs p̄ter subam vrine que supereminebat illi qui inde nullum p̄cipiebat nocumentū: sed sanus degebat.

¶ Cum auxilio Dei benedicti. Explicit sermo Quintus Nicholai Nicoli Florentini de dispositionibus membrorum naturalium.
Excussus Venetijs in edibus Luceantonij Junte Florentini. Anno salutis. M D X X X I I I
Mense Aprilis.

Registrum

AAAAA BBBBB CCCCC DDDDD EEEEE FFFFF GGGGG HHHHH IIIII

KKKKK LLLLL MMMMM NNNNN OOOOO PPPPP QQQQQ

RRRRR SSSSS TTTTT VVVVV XXXXX YYYYY ZZZZZ

aaaaa bbbbb ccccc ddddd eeeee fffff ggggg hhhhh

Omnes sunt quaterni



